OFICIO

DE LA

Santísima Virgen María

Y

DE DIFUNTOS

SEGÚN EL RITO ROMANO

SEGUIDOS DE LOS SALMOS PENITENCIALES, LETANÍAS DE LOS SANTOS : : Y OTRAS PRECES LITÚRGICAS : :

NUEVA EDICIÓN, ACOMODADA A LAS RÚBRICAS INTRODUCIDAS POR LA BULA DIVINO AFFLATU Y POSTERIORES DISPOSICIONES DE LA SANTA SEDE

E. SUBIRANA, EDITOR PONTIFICIO
PUERTAFERRISA, 14 — BARCELONA — 1929

ÍNDICE

	Págs.
Reglas de pronunciación latina . .	7
Reglas para la pronunciación romana del latín	7
Rúbricas para el rezo del Oficio de la Santísimn Virgen	9
Indulgencias	13
Oración para antes del Oficio . . .	15
Oración para después del Oficio . .	16
OFICIO DE LA SANTÍSIMA VIRGEN MARÍA	19
A Maitines	19
A Laudes.	62
A Prima	100
A Tercia	113
A Sexta	123
A Nona	133
A Vísperas	144
A Completas	170
OFICIO DE DIFUNTOS	185

ÍNDICE

	Págs.
A Vísperas	186
A Maitines	210
A Laudes.	261
Oficio que debe decirse el día de la Conmemoración de todos los fieles difuntos	279
Los siete Salmos penitenciales. . .	303
Letanías de los Santos	325
Para cuando se viaja	343
Himnos	349

OFICIO
DE LA SANTÍSIMA VIRGEN MARÍA
Y DE DIFUNTOS

℣. Dignaos, Virgen sagrada, concederme la gracia de alabaros.

℟. Dadme fortaleza contra vuestros enemigos.

NIHIL OBSTAT

El Censor: José Artigas, C. O.

Barcelona, 21 de agosto de 1929.

IMPRÍMASE

† JOSÉ, Obispo de Barcelona

Por mandato de Su Excia. Ilma.,
Dr. Francisco M.ª Orteoa de la Lorena,
Canciller-Secretario

REGLAS

DE PRONUNCIACIÓN LATINA

La *t* en latín, cuando precede a la *i*, y ésta va seguida de una vocal, se pronuncia como la *c* castellana en la sílaba *ci*. Conserva su sonido propio cuando va precedida de *s* o *x*.

La *u* precedida de *g* o de *q* y seguida de *e* conserva su sonido.

La *ch* tiene el sonido de *k*.

La *l* conserva siempre su sonido, aunque sea doble.

La combinación *ph* suena como la *f*.

REGLAS

PARA LA PRONUNCIACIÓN ROMANA DEL LATÍN

La *c* delante de *e*, *i*, *y*, o de los diptongos *æ*, *œ*, se pronuncia *dch*. Ejemplo: *benedicere* = *benedidchere*.

La *g* delante de *e, i, y,* tiene el mismo sonido que la *g* catalana o francesa en análogo caso.

La *gn* suena *ñ*. Ejemplo: *agnus* = *añus*.

La *h* en *mihi* y *nihil* suena *k*, y así estas palabras se pronuncian *miki* y *nikil*.

La *t* seguida de *i* más otra vocal, suena *ts*. Ejemplo: *orátio* = *orátsio*.

Pero si le precede *s*, conserva su sonido de *t;* y si otra consonante cualquiera, la *t* del grupo *ts* apenas se percibe en la pronunciación.

La *v* debe distinguirse siempre de la *b*.

La *u* precedida de *g* y *q* se pronuncia siempre, formando con la vocal siguiente una sola sílaba. Ejemplo: *quoque* = *quoqŭe; sanguis* = *sangŭis*.

La *z* se pronuncia como la *z* catalana o francesa precedida de *t*. Ejemplo: *Zizánia* = *Tzitzánia*.

RÚBRICAS

PARA EL REZO DEL OFICIO DE LA SANTÍSIMA VIRGEN

1. Cuando se rezan Laudes inmediatamente después de Maitines, no se dice el *Ave María* antes del ℣. *Deus, in adiutórium*, etc.

2. Cuando se reza el Oficio en particular, se dice la antífona de la Santísima Virgen solamente después de Laudes y Completas. Todas las otras Horas se terminan con un *Páter*, excepto las Completas, al fin de las cuales se dicen *Páter, Ave* y *Credo.*

3. Se dirá la antífona de la Santísima Virgen al fin de Laudes, o, si después de Laudes se reza in-

mediatamente otra Hora, al fin de la última Hora; como también después de Completas (aunque a continuación se digan Maitines del día siguiente), así en el rezo público como en el privado. Además, en el rezo público se dice al fin de cualquier Hora, si con ella se termina el Oficio o se deja entonces el Coro.

4. El himno *Te Déum* se puede decir, a voluntad, desde Navidad hasta Septuagésima, y desde Pascua hasta el Adviento. Pero durante el Adviento y desde Septuagésima hasta Pascua no se dice sino en las fiestas de la Santísima Virgen.

5. Cuando los Maitines se separan de las Laudes, deben terminarse (al igual que las otras Horas) con *Dómine, exaudi,* etc., la oración correspondiente y *Páter nóster.*

6. El día de la Anunciación se

dice el mismo Oficio del Adviento.

7. Cuando la Purificación cae después del domingo de Septuagésima, se dice también entonces el *Te Déum*. Si la fiesta de la Purificación se trasladase a otro día, no por esto se transfiere el Oficio correspondiente.

8. Desde Septuagésima hasta las Vísperas del Sábado Santo, exclusive, se omiten los *Allelúia*. Durante el tiempo de la Pasión, nunca se omite el ℣. *Glória Patri*.

9. En tiempo Pascual no se añade *Allelúia* al fin del Invitatorio, ni de los Versículos o Responsorios.

10. El primer Oficio comienza por los Maitines del día 3 de febrero.

11. El segundo Oficio, por las Vísperas del sábado antes del primer domingo de Adviento.

12. El tercer Oficio, por las primeras Vísperas de Navidad; y ter-

mina con las Completas del día 2 de febrero.

13. La antífona *Regina cœli,* después de los tres cánticos, se dice por primera vez después del *Nunc dimittis* del Sábado Santo, y por última, después de las Laudes (en el Coro después de Nona) del sábado antes del domingo de la Santísima Trinidad.

INDULGENCIAS

El que rece el Oficio Parvo de la Virgen, gana siete años y siete cuarentenas de indulgencia cada día, y plenaria un día del mes a su elección, confesando y comulgando, si lo rezase cada día; 300 días una vez al día por Maitines y Laudes; 50 días por el rezo de cada Hora menor y también por Vísperas y Completas *(León XIII, 17 de noviembre de 1887)*. Son aplicables a las almas del Purgatorio.

Para lucrar estas indulgencias, el Oficio Parvo ha de rezarse en latín, si esto se hace públicamente; pero pueden lucrarlas también los fieles que *privadamente* lo recen en lengua vulgar *(S. Congregación*

de Indulgencias, 28 de agosto de 1903). Esta misma Congregación ha declarado, en 18 de diciembre de 1906, que el rezo del Oficio Parvo se tiene por privado, aunque se haga en comunidad, dentro de los muros de una casa religiosa, o *a puerta cerrada* en una iglesia u oratorio privado.

ORACIÓN
PARA ANTES DEL OFICIO

Aperi, Dómine, os méum ad benedicéndum nomen sánctum túum: munda quoque cor méum ab ómnibus vanis, perversis et alienis cogitatiónibus; intelléctum illúmina, afféctum inflamma, ut digne, attente ac devote hoc Offícium recitare váleam, et exaudiri mérear ante conspéctum divinæ Maiestatis túæ. Per Christum Dóminum nóstrum.

℟. Amen.

Dómine, in unione illíus divinæ intentionis, qua ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi Horas (*o* hanc tibi Hóram) persolvo.

PARA DESPUÉS DEL OFICIO

El Páter nóster *se dice al terminar cualquier Hora, si se deja entonces el oficio. El* Ave María *y* Credo, *solamente al fin de Completas.*

Páter nóster, qui es in cælis, sanctificétur nomen túum. Advéniat régnum túum. Fíat voluntas túa, sícut in cælo et in terra. Pánem nóstrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimitte nobis débita nostra, sícut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos inducas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

Ave, María, grátia plena; Dóminus técum: benedicta tu in muliéribus, et benedictus fructus ventris túi Iesus. Sancta María, Máter Dei, ora pro nobis peccatóribus,

nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Credo in Déum, Pátrem omnipoténtem, Creatórem cœli et terræ. Et in Iésum Christum, Fílium eius únicum, Dóminum nóstrum: qui conceptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Pilato, crucifixus, mórtuus, et sepultus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cœlos; sédet ad déxteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sánctum, sánctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vítam ætérnam. Amen.

Sacrosanctæ et indivíduæ Trinitati, crucifixi Dómini nostri Iesu Christi humanitati, beatíssimæ et gloriosíssimæ semperque Vírginis

Maríæ fœcundæ integritati, et ómnium Sanctórum universitati sit sempiterna laus, hónor, virtus et glória ab omni creatura, nobísque remíssio ómnium peccatórum, per infinita sæcula sæculórum. ℟. Amen.

℣. Beata víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt æterni Patris Fílium. ℟. Et beata úbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum.

Páter nóster *y* Ave María *en secreto.*

El Sumo Pontífice León X concedió a los que dijeren de rodillas esta oración con el Páter *y* Ave, *al fin de las Horas canónicas, el perdón de todas las faltas que por fragilidad humana hubieren cometido rezándolas.*

OFICIO

DE LA

SANTÍSIMA VIRGEN MARÍA

Ave María, etc.

Esta salutación se dice al principio de todas las Horas, excepto en las Laudes, cuando se rezan inmediatamente después de los Maitines.

A MAITINES

℣. Dómine, † lábia mea apéries.

℟. Et os méum annuntiábit láudem túam.

℣. Deus, † in adiutórium méum intende.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festina.

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

℟. Sícut érat in princípio, et nunc, et sémper, et in sæcula sæculórum. Amen. (Allelúia).

Desde las Completas del Sábado antes de Septuagésima hasta la Nona del Sábado Santo inclusive, en lugar de decir Allelúia, *se dice:*

Laus tibi, Dómine, Rex æternæ glóriæ.

Durante el tiempo pascual no se añade Allelúia *al fin del invitatorio, antífonas,* ℣℣. *y* ℟℟.

INVITATORIO

Ave, María, grátia plena:* Dóminus técum. *Se repite:* Ave, María...

SALMO 94

Exhortación
a alabar y dar gracias a Dios (1)

Venite, exsultemus Dómino, iubilemus Deo, salutari nostro: præoccupemus fáciem eius in confessione, et in psalmis iubilemus ei.

Ave, María, grátia plena: Dóminus técum.

Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus súper omnes deos: quóniam non repéllet Dóminus plébem súam: quía in manu

(1) Para ayudar a la piedad de los que recen este Oficio y el de difuntos, encabezamos todos los Salmos con la síntesis de su sentido literal o espiritual. Téngase presente que a muchos Salmos del Oficio Parvo la Iglesia les da místicamente cierta aplicación mariana.

eius sunt omnes fines terræ, et altitúdines móntium ipse cónspicit.

Dóminus técum.

Quóniam ipsíus est mare, et ipse fécit íllud, et áridam fundavérunt manus eius: venite, adoremus, et procidamus ante Déum: ploremus córam Dómino, qui fécit nos, quía ipse est Dóminus Deus nóster; nos áutem pópulus eius, et oves páscuæ eius.

Ave, María, grátia plena: Dóminus técum.

Hódie, si vócem eius audiéritis, nolite obdurare corda vestra, sícut in exacerbatione secúndum díem tentationis in deserto: ubi tentavérunt me patres ves-

tri, probavérunt et vidérunt ópera mea.

Dóminus técum.

Quadraginta annis próximus fui generatióni húic, et dixi: Sémper hi érrant corde; ipsi vero non cognovérunt vías meas: quibus iuravi in ira mea: Si introíbunt in réquiem méam.

Ave, María, grátia plena: Dóminus técum.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sícut érat in princípio, et nunc, et sémper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Dóminus técum.

Ave, María, grátia plena: Dóminus técum.

HIMNO

Quem terra, pontus, sídera
Cólunt, adórant, prædicant,
Trínam regéntem máchinam,
Cláustrum Maríæ báiulat.
Cui luna, sol, et ómnia
Desérviunt per témpora,
Perfusa cæli grátia,
Géstant puéllæ víscera.
Beata Máter múnere,
Cuius, supernus Artifex
Mundum pugillo cóntinens,
Ventris sub arca clausus est.
Beata cæli núntio,
Fœcunda sancto Spíritu,
Desideratus géntibus,
Cuius per álvum fusus est.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu
In sempiterna sæcula.
Amen.

Luego se dicen tres Salmos, según los dias, como se irá notando.

EN EL I NOCTURNO

Domingo, lunes y jueves

Ant. Benedicta tu.

SALMO 8

Celebremos el dominio que ha dado Dios al hombre sobre todas las criaturas

Dómine, Dóminus nóster, * quam admirábile est nomen túum in universa terra!

Quóniam elevata est magnificéntia túa, * súper cælos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecisti láudem própter inimicos túos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam videbo cælos túos, ópera digitórum tuórum: * lúnam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod mémor es eius? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas éum?

Minuísti éum paulo minus ab ángelis, glória et honore coronasti éum: * et constituísti éum súper ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecisti sub pédibus eius, * oves et boves universas: ínsuper et pécora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus nóster, * quam admirábile est

nomen túum in universa terra!

Glória Patri, etc.

Ant. Benedicta tu in muliéribus, et benedictus fructus ventris túi.

Ant. Sícut myrrha.

SALMO 18

Cantemos la gloria del Señor
y la excelencia de su ley

Cæli enárrant glóriam Dei, * et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

Díes diéi erúctat vérbum, * et nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quórum non audiántur voces eórum.

In ómnem térram exívit

sonus eórum: * et in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum súum: * et ipse támquam sponsus procedens de thálamo súo:

Exsultávit ut gigas ad curréndam víam, * a summo cælo egréssio eius:

Et occursus eius usque ad súmmum eius: * nec est qui se abscóndat a calore eius.

Lex Dómini immaculata, convertens ánimas: * testimónium Dómini fidele, sapiéntiam præstans párvulis.

Iustítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Tímor Dómini sanctus,

pérmanens in sæculum sæculi: * iudícia Dómini vera, iustificata in semetipsa.

Desiderabília súper áurum et lápidem pretiósum múltum: * et dulciora súper mel et fávum.

Etenim servus tuus custódit ea, * in custodiendis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit? ab occultis meis munda me: * et ab alienis parce servo túo.

Si mei non fúerint dominati, tunc immaculatus ero: * et emundábor a delicto máximo.

Et érunt ut compláceant elóquia oris mei: * et meditátio cordis mei in conspectu túo sémper.

Dómine, adiútor meus, * et redémptor meus.

Glória Patri, etc.

Ant. Sícut myrrha electa odórem dedisti suavitatis, sancta Dei Génitrix.

Ant. Ante tórum.

SALMO 23

Cántico para la traslación del arca al monte Sión

Dómini est terra, et plenitudo eius: * orbis terrárum, et universi qui hábitant in eo.

Quía ipse súper mária fundávit éum: * et súper flúmina præparávit éum.

Quis ascéndet in móntem Dómini? * aut quis stábit in loco sancto eius?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam súam, nec iurávit in dolo próximo súo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo, salutari súo.

Hæc est generátio quæréntium éum, * quæréntium fáciem Dei lácob.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternales: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternales: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? *

Dóminus virtútum, ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri, etc.

Ant. Ante tórum huius Vírginis frequentate nobis dúlcia cántica drámatis.

Versículo, absolución, lecciones y demás, pág. 47.

EN EL II NOCTURNO

Martes y viernes

Ant. Spécie túa.

SALMO 4

Epitalamio profético de los desposorios del Mesías con la Iglesia

Eructávit cor méum vérbum bónum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scri-

hæ, * velóciter scribentis.

Speciosus forma præ fíliis hóminum, diffusa est grátia in lábiis túis: * proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio túo súper fémur túum, * potentíssime.

Spécie túa et pulchritúdine túa * intende, próspere procede, et regna.

Própter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: * et dedúcet te mirabíliter déxtera túa.

Sagittæ túæ acutæ, pópuli sub te cádent, * in corda inimicórum Regis.

Sedes túa, Deus, in sæculum sæculi: * virga directionis, virga regni túi.

Dilexisti iustítiam, et odisti iniquitátem: * proptérea únxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus túis.

Myrrha, et gutta, et cásia a vestimentis túis, a dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te fíliæ régum in honore túo.

Astitit regina a dextris túis in vestitu deaurato: * circúmdata varietate.

Audi, fília, et vide, et inclina áurem túam: * et oblivíscere pópulum túum, et dómum patris túi.

Et concupíscet Rex decórem túum: * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt éum.

Et fíliæ Tyri in munéri-

bus * vúltum túum deprecabúntur: omnes dívites plebis.

Omnis glória eius fíliæ Regis ab intus, * in fímbriis áureis circumamicta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post éam: * próximæ eius afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia et exsultatione: * adducéntur in témplum Regis.

Pro pátribus túis nati sunt tibi fílii: * constítues eos príncipes súper ómnem térram.

Mémores érunt nóminis túi: * in omni generatione et generatiónem..

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum: * et in sæculum sæculi.

Glória Patri, etc.

Ant. Spécie túa et pulchritúdine túa intende, próspere procede, et regna.

Ant. Adiuvábit éam.

SALMO 45

Demos gracias al Altísimo
porque concedió a su pueblo la victoria
y la paz

Deus nóster refúgium, et virtus: * adiútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra: * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbatæ sunt aquæ eórum: * conturbati sunt montes in fortitúdine eius.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum súum Altíssimus.

Deus in médio eius, non commovébitur: * adiuvábit éam Deus mane dilúculo.

Conturbatæ sunt Gentes, et inclinata sunt regna: * dédit vócem súam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor nóster Deus Iácob.

Venite, et videte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia súper térram: * áuferens bella usque ad fínem terræ.

Arcum cónteret et confrínget arma: * et scuta combúret igni.

Vacate, et videte quó-

niam ego sum Deus: * exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor nóster Deus Iácob.

Glória Patri, etc.

Ant. Adiuvábit éam Deus vultu súo: Deus in médio eius, non commovébitur.

Ant. Sícut lætántium.

SALMO 86

Elogio de Jerusalén, figura de Jesucristo y de la Virgen

Fundamenta eius in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Síon súper ómnia tabernácula Iácob.

Gloriosa dicta sunt de te, * cívitas Dei.

Mémor ero Ráhab, et Babylonis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, et Tyrus, et pópulus Æthíopum,* hi fuérunt íllic.

Númquid Síon dícet: Homo, et homo natus est in ea, * et ipse fundávit éam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scripturis populórum, et príncipum: * hórum, qui fuérunt in ea.

Sícut lætántium ómnium * habitátio est in te.

Glória Patri, etc.

Ant. Sícut lætántium ómnium nóstrum habitátio est in te, sancta Dei Génitrix.

Versículo, absolución, lecciones y demás, pág. 47 y sig.

EN EL III NOCTURNO

Miércoles y sábados

Ant. Gaude, María Virgo.

SALMO 95

Se invita a todas las naciones
a alabar al Señor

Cantate Dómino cánticum nóvum: * cantate Dómino, omnis terra.

Cantate Dómino, et benedícite nómini eius: * annuntiate de díe in díem salutare eius.

Annuntiate ínter Gentes glóriam eius, * in ómnibus pópulis mirabília eius.

Quóniam magnus Dómi-

nus, et laudábilis nimis: * terríbilis est súper omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dæmónia: * Dóminus áutem cælos fécit.

Conféssio et pulchritudo in conspectu eius: * sanctimónia et magnificéntia in sanctificatione eius.

Afferte Dómino, pátriæ Géntium, afferte Dómino glóriam et honórem: * afferte Dómino glóriam nómini eius.

Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: * adorate Dóminum in átrio sancto eius.

Commoveátur a fácie eius universa terra: * dícite in Géntibus quía Dóminus regnávit.

Etenim corréxit órbem terræ, qui non commovébitur: * iudicábit pópulos in æquitate.

Læténtur cæli, et exsúltet terra: commoveátur mare, et plenitudo eius: * gaudébunt campi, et ómnia quæ in eis sunt.

Tune exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quía vénit: * quóniam vénit iudicare térram.

Iudicábit órbem terræ in æquitate, * et pópulos in veritate súa.

Glória Patri, etc.

Ant. Gaude, María Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.

Ant. Dignare me.

SALMO 96

El poder de Dios es infinito;
se le debe adorar con espíritu
de obediencia

Dóminus regnávit, exsúltet terra: * læténtur ínsulæ multæ.

Nubes, et caligo in circúitu eius: * iustítia, et iudícium corréctio sedis eius.

Ignis ante ípsum præcédet, * et inflammábit in circúitu inimicos eius.

Illuxérunt fúlgura eius orbi terræ: * vídit, et commota est terra.

Montes sícut cera fluxérunt a fácie Dómini: * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli iustítiam eius: * et vidérunt

omnes pópuli glóriam eius.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília: * et qui gloriántur in simulacris súis.

Adorate éum omnes ángeli eius: * audívit, et lætata est Síon.

Et exsultavérunt fíliæ Iudæ, * própter iudícia túa, Dómine:

Quóniam tu Dóminus altíssimus súper ómnem térram: * nimis exaltatus es súper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odite málum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatoris liberábit eos.

Lux orta est iusto, * et rectis corde lætítia.

Lætámini iusti in Dómi-

no: * et confitémini memóriæ sanctificationis eius.

Glória Patri, etc.

Ant. Dignare me laudare te, Virgo sacrata: da mihi virtútem contra hostes túos.

Ant. Post pártum.

Durante el Adviento

Ant. Angelus Dómini.

SALMO 97

Alabanza a Dios, que ha obrado maravillas a favor de su pueblo

Cantate Dómino cánticum nóvum: * quía mirabília fécit.

Salvávit sibi déxtera eius: * et bráchium sánctum eius.

Nótum fécit Dóminus salutare súum: * in conspectu

Géntium revelávit iustítiam súam.

Recordatus est misericórdiæ súæ, * et veritatis súæ dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terræ * salutare Dei nostri.

Iubilate Deo, omnis terra: * cantate, et exsultate, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara, et voce psalmi: * in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.

Iubilate in conspectu regis Dómini: * moveátur mare, et plenitudo eius: orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina pláudent manu, símul montes exsultábunt a conspectu Dómini: * quóniam vénit iudicare térram.

Iudicábit órbem terrárum in iustítia, * et pópulos in æquitate.

Glória Patri, etc.

Ant. Post pártum, Virgo, inviolata permansisti: Dei Génitrix, intercede pro nobis.

Durante el Adviento

Ant. Ángelus Dómini nuntiávit Maríæ, et concépit de Spíritu Sancto, allelúia.

℣. Diffusa est grátia in lábiis túis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Páter nóster, etc., *secretamente.*

℣. Et ne nos inducas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

Absolución

Précibus et méritis beatæ Maríæ sémper vírginis et ómnium sanctórum, perdúcat nos Dóminus ad regna cælórum.

℟. Amen.

℣. Iube, domne, benedícere.

Bendición. Nos cum prole pía benedícat Virgo María.

℣. Amen.

Las tres lecciones que siguen se han de decir desde Navidad hasta el Adviento; durante el Adviento, deben decirse las lecciones que se hallan en la página 57 y sigs.

Lección I. *Eccli., 24*

In ómnibus réquiem quæsivi, et in hæreditate Dómini

morábor. Tunc præcépit et díxit mihi Creátor ómnium, et qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo, et díxit mihi: In lácob inhábita, et in Israel hæreditare, et in electis meis mitte radices. Tu áutem, Dómine, miserere nobis.

℟. Deo grátias.

℟. Sancta et immaculata virgínitas, quibus te láudibus éfferam, néscio: * Quía quem cæli cápere non póterant, tuo grémio contulisti.

℣. Benedicta tu in muliéribus, et benedictus fructus ventris túi.

— Quía quem, etc.

℣. Iube, domne, benedícere.

Bendición. Ipsa Virgo vír-

ginum intercédat pro nobis ad Dóminum.

℟. Amen.

Lección II

Et sic in Síon firmata sum, et in civitate sanctificata simíliter requievi, et in Ierúsalem potestas mea. Et radicavi in pópulo honorificato, et in parte Dei mei hæréditas illíus, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea. Tu áutem, Dómine, miserere nobis.

℟. Deo grátias.

℟. Beata es, Virgo María, quæ Dóminum portasti, creatórem mundi: * Genuísti qui te fécit, et in ætérnum pérmanes virgo.

℣. Ave, María, grátia plena, Dóminus técum.
— Genuísti, etc.

Cuando se dice el Te Déum, *se añadirá aquí:*

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.
— Genuísti, etc.
℣. Iube, domne, benedícere.
Bendición. Per Vírginem Mátrem concédat nobis Dóminus salútem et pácem.
℟. Amen.

Lección III

Quasi cedrus exaltata sum in Líbano, et quasi cypressus in monte Síon: quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantátio rosæ

in Iéricho: quasi oliva speciosa in campis, et quasi plátanus exaltata sum iuxta áquam in platéis. Sícut cinnamómum et bálsamum aromatizans odórem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitátem odoris. Tu áutem, Dómine, miserere nobis.

℟. Deo grátias.

El Te Déum *no se dice en el Adviento (a excepción del dia de la Concepción de la Santisima Virgen), ni desde Septuagésima hasta Pascua, sino en las fiestas de Nuestra Señora; entonces se dice en su lugar:*

℟. Félix namque es, sacra Virgo María, et omni laude digníssima: * Quía ex

te ortus est sol iustítiæ, * Christus Deus nóster.

℣. Ora pro pópulo, intérveni pro clero, intercede pro devoto femíneo sexu: séntiant omnes túum iuvamen, quicumque célebrant túam sánctam commemoratiónem.

—Quía ex te ortus est sol iustítiæ.

℣. Glória Patri, etc.

—Christus Deus nóster.

HIMNO

Te Déum laudamus: * te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Pátrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi Cæli, et universæ Potestates:

Tibi Chérubim et Séra-

phim * incessábili voce proclámant:

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus * Dóminus, Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra * maiestatis glóriæ túæ.

Te gloriosus * Apostolórum chorus,

Te Prophetárum * laudábilis número,

Te Mártyrum candidatus * láudat exércitus.

Te per órbem terrárum * sancta confitétur Ecclésia,

Pátrem * immensæ maiestatis;

Venerándum túum vérum * et únicum Fílium;

Sánctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe.

Tu Patris * sempiternus es Fílius.

Tu, ad liberándum suscepturus hóminem, * non horruísti Vírginis úterum.

Tu, devicto mortis acúleo, * aperuísti credéntibus regna cælórum.

Tu ad déxteram Dei sedes, * in glória Patris.

Iúdex créderis * esse venturus.

El siguiente versículo se dice de rodillas.

Te ergo quæsumus, túis fámulis súbveni, * quos pretioso sánguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis túis * in glória numerari.

Sálvum fac pópulum túum,

Dómine, * et bénedic hæreditati túæ.

Et rege eos, * et extolle illos usque in ætérnum.

Per síngulos díes * benedícimus te;

Et laudamus nomen túum in sæculum, * et in sæculum sæculi.

Dignare, Dómine, die isto * sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Dómine, * miserere nostri.

Fiat misericórdia túa, Dómine, súper nos, * quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, speravi: * non confúndar in ætérnum.

Las lecciones que siguen, deben decirse en el Adviento y en el dia de la Anunciación de la SS. Virgen.

Versículo, absolución y bendición, como en la pág. 47 y sig.

Lección I. *Luc., 1*

Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilææ, cui nomen Názareth, ad vírginem desponsátam viro, cui nomen érat Ióseph, de domo Dávid, et nomen vírginis María. Et, ingressus Angelus ad éam, díxit: Ave, grátia plena; Dóminus técum: benedicta tu in muliéribus. Tu áutem, Dómine, miserere nobis.

℟. Deo grátias.

℟. Missus est Gábriel ángelus ad Maríam vírginem desponsátam Ióseph, núntians ei vérbum; et expavéscit Virgo de lúmine: ne tí-

meas, María, invenisti grátiam ápud Dóminum: * Ecce concípies et páries, et vocábitur Altíssimi Fílius.

℣. Dábit ei Dóminus Deus sédem Dávid patris eius; et regnábit in domo Iácob in ætérnum.

—Ecce concípies, etc.

La bendición como en la pág. 49.

Lección II

Quæ cum audísset, turbata est in sermone eius, et cogitábat qualis ésset ista salutátio. Et áit Angelus ei: Ne tímeas, María; invenisti énim grátiam ápud Déum: ecce concípies in útero, et páries fílium, et vocabis nomen eius Iésum. Hic érit

magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur; et dábit illi Dóminus Deus sédem Dávid, patris eius; et regnábit in domo Iácob in ætérnum, et regni eius non érit finis. Tu áutem, Dómine, miserere nobis.

℟. Deo grátias.

℟. Ave, María, grátia plena; Dóminus técum: * Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi: quod énim ex te nascétur Sánctum, vocábitur Fílius Dei.

℣. Quómodo fíet ístud, quóniam vírum non cognosco? Et respondens Angelus, díxit ei:

—Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altís-

simi obumbrábit tibi: quod énim ex te nascétur Sánctum, vocábitur Fílius Dei.

La bendición como en la pág. 51.

Lección III

Díxit áutem María ad Ángelum: Quómodo fíet ístud, quóniam vírum non cognosco? Et respondens Angelus díxit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideoque et quod nascétur ex te Sánctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce Elísabeth cognata túa, et ipsa concépit fílium in senectute súa, et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis; quía non érit impossíbile ápud Déum

omne vérbum. Díxit áutem María: Ecce ancilla Dómini: fíat mihi secúndum vérbum túum. Tu áutem, Dómine, miserere nobis.

℟. Deo grátias.

℟. Súscipe vérbum, Virgo María, quod tibi a Dómino per Angelum transmíssum est: concípies et páries Déum páriter et hóminem, * Ut benedicta dicaris ínter omnes mulíeres.

℣. Páries quídem fílium, et virginitatis non patieris detriméntum: efficieris grávida, et eris máter sémper intacta.

—Ut benedicta dicaris ínter omnes mulíeres.

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

—Ut benedicta dicaris ínter omnes mulíeres.

A LAUDES

Ave, María, etc. (1).

℣. Deus, in adiutórium, etc.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Desde la Purificación hasta el Adviento.

Ant. Assumpta est.

2 OFICIO

En el Adviento

Ant. Missus est.

---

(1) Esta *Ave María* se suprime cuando las Laudes se rezan inmediatamente después de Maitines.

3 OFICIO

Desde Navidad hasta la Purificación.

Ant. O admirábile commércium!

SALMO 92

Alabemos a Dios nuestro Creador

Dóminus regnávit, decórem indutus est: * indutus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

Etenim firmávit órbem terræ, * qui non commovébitur.

Parata sedes túa ex tunc: * a sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine: * elevavérunt flúmina vócem súam.

Elevavérunt flúmina fluctus súos, * a vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elationes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia túa credibília facta sunt nimis: * dómum túam décet sanctitudo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Assumpta est María in cælum; gáudent ángeli, laudantes benedícunt Dóminum.

Ant. María Virgo assumpta est.

2 OFICIO

Ant. Missus est Gábriel ángelus ad Maríam Vírginem desponsátam Ióseph.

Ant. Ave, María.

3 OFICIO

Ant. O admirábile commércium: Creátor géneris humani, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignatus est; et procedens homo sine sémine, largitus est nobis súam Deitátem.

Ant. Quando natus es.

SALMO 99

Vengamos a adorar a Dios en su templo

Iubilate Deo, omnis terra: * servite Dómino in lætítia.

Introíte in conspectu eius, * in exsultatione.

Scitote quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fécit nos, et non ipsi nos.

Pópulus eius, et oves páscuæ eius: * introíte portas eius in confessione, átria eius in hymnis: confitémini illi.

Laudate nomen eius: quóniam suavis est Dóminus, in ætérnum misericórdia eius,* et usque in generatiónem et generatiónem véritas eius.

1 OFICIO

Ant. María Virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex régum stellato sédet sólio.

Ant. In odórem.

2 OFICIO

Ant. Ave, María, grátia plena; Dóminus técum: benedicta tu in muliéribus, allelúia.

Ant. Ne tímeas, María.

3 OFICIO

Ant. Quando natus es ineffabíliter ex Vírgine, tunc impletæ sunt Scripturæ: sícut plúvia in vellus descendisti, ut sálvum fáceres genus humánum: te laudamus, Deus nóster.

Ant. Rúbum, quem víderat.

SALMO 62

Suspiremos desde la mañana por el Señor

Deus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea,* quam multiplíciter tibi caro mea!

In terra deserta, et ínvia, et inaqùosa: * sic in sancto appárui tibi, ut vidérem virtútem túam, et glóriam túam.

Quóniam mélior est misericórdia túa súper vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: * et in nómine túo levabo manus meas.

Sícut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea: * et

lábiis exsultationis laudábit os méum.

Si mémor fúi túi súper strátum méum, in matutinis meditábor in te: * quía fuísti adiútor meus.

Et in velamento alárum tuárum exsultabo, adhæsit ánima mea post te: * me suscépit déxtera túa.

Ipsi vero in vánum quæsiérunt ánimam méam, introíbunt in inferiora terræ: * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium érunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui iúrant in eo: * quía obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. In odórem unguentórum tuórum cúrrimus: adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

Ant. Benedicta.

2 OFICIO

Ant. Ne tímeas, María: invenisti grátiam ápud Dóminum: ecce concípies et páries fílium, allelúia.

Ant. Dábit ei Dóminus.

3 OFICIO

Ant. Rúbum, quem víderat Móyses incombústum, conservátam agnóvimus túam laudábilem virginitá-

tem: Dei Génitrix, intercede pro nobis.

Ant. Germinávit rádix Jesse.

CÁNTICO DE LOS TRES JÓVENES *Dan.*, III

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudate et superexaltate éum in sæcula.

Benedícite, ángeli Dómini, Dómino: * benedícite, cæli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes, quæ súper cælos sunt, Dómino: * benedícite, omnes virtutes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino: * benedícite, stellæ cæli, Dómino.

Benedícite, omnis ímber et ros, Dómino: * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino: * benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino: * benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glácies et nives, Dómino: * benedícite, noctes et díes, Dómino.

Benedícite, lux et ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * láudet et superexáltet éum in sæcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino: * benedícite, universa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, omnes bestiæ et pécora, Dómino: * benedícite, fílii hóminum, Dómino.

Benedícat Israel Dóminum: * láudet et superexáltet éum in sæcula.

Benedícite, sacerdotes Dómini, Dómino: * benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus, et ánimæ iustórum, Dómino: * benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Ananía, Aza-

ría, Mísael, Dómino: * laudate et superexaltate éum in sæcula.

Benedicamus Pátrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu: * laudemus et superexaltemus éum in sæcula.

Benedictus es, Dómine, in firmamento cæli: * et laudábilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

No se dice Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Benedicta fília tu a Dómino, quía per te frúctum vitæ communicávimus.

Ant. Pulchra es.

2 OFICIO

Ant. Dábit ei Dóminus sédem Dávid, patris eius; et regnábit in ætérnum.

Ant. Ecce ancilla Dómini.

3 OFICIO

Ant. Germinávit rádix Iesse, orta est stella ex Iácob: Virgo péperit Salvatórem: te laudamus, Deus nóster.

Ant. Ecce María.

SALMO 148

Invitemos a todas las criaturas a que alaben al Señor

Laudate Dóminum de cælis: *laudate éum in excelsis.

Laudate éum, omnes án-

geli eius: * laudate éum, omnes virtutes eius.

Laudate éum, sol et luna: * laudate éum, omnes stellæ et lumen.

Laudate éum, cæli cælórum: * et aquæ omnes, quæ súper cælos sunt, láudent nomen Dómini.

Quía ipse díxit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudate Dóminum de terra, * dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt vérbum eius:

Montes et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri:

Béstiæ, et universa péco-ra: * serpentes, et vólucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: * príncipes, et omnes iúdices terræ:

Iúvenes et vírgines, senes cum iunióribus láudent nomen Dómini: * quía exaltátum est nomen eius solíus.

Conféssio eius súper cælum et térram: * et exaltávit cornu pópuli súi.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * fíliis Israel, pópulo appropinquanti sibi.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Pulchra es et decora, fília Ierúsalem, terríbilis ut castrórum ácies ordinata.

2 OFICIO

Ant. Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secúndum vérbum túum.

3 OFICIO

Ant. Ecce María génuit nobis Salvatórem, quem Ioannes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tóllit peccata mundi, allelúia.

1 y 3 OFICIO

Capítulo. *Cant.*, vi

Vidérunt éam fíliæ Síon, et beatíssimam prædicavé-

runt, et reginæ laudavérunt éam.

℟. Deo grátias.

2 OFIFIO

Capítulo. *Is.*, xi

Egrediétur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascéndet, et requiéscet súper éum Spíritus Dómini.

℟. Deo grátias.

HIMNO

O gloriosa Vírginum,
Sublimis ínter sídera,
Qui te creávit, párvulum
Lactente nutris úbere.

Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli recludis cárdines.

Tu Regis alti iánua

Et aula lucis fúlgida:
Vítam dátam per Vírginem,
Gentes redemptæ, pláudite.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Benedicta tu in muliéribus.

℟. Et benedictus fructus ventris túi.

1 OFICIO

Ant. Beata Dei Génitrix.

Durante el tiempo pascual

Ant. Regina cæli.

2 OFICIO

Ant. Spíritus Sanctus.

3 OFICIO

Ant. Mirábile mystérium.

CÁNTICO DE ZACARÍAS

Luc., 1

Benedictus Dóminus, Deus Israel: * quía visitávit, et fécit redemptiónem plebis súæ:

Et eréxit cornu salutis nobis: * in domo Dávid, púeri súi.

Sícut locutus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimicis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorari testamenti súi sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, pátrem nós-

1 OFICIO

Ant. Pulchra es et decora, filia Ierúsalem, terríbilis ut castrórum ácies ordinata.

2 OFICIO

Ant. Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secúndum vérbum túum.

3 OFICIO

Ant. Ecce María génuit nobis Salvatórem, quem Ioannes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tóllit peccata mundi, allelúia.

1 y 3 OFICIO

Capítulo. *Cant.*, vi

Vidérunt éam fíliæ Síon, et beatíssimam prædicavé-

runt, et reginæ laudavérunt éam.

℟. Deo grátias.

2 OFIFIO

Capítulo. *Is.*, xi

Egrediétur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascéndet, et requiéscet súper éum Spíritus Dómini.

℟. Deo grátias.

HIMNO

O gloriosa Vírginum,
Sublimis ínter sídera,
Qui te creávit, párvulum
Lactente nutris úbere.

Quod Heva tristis ábstulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli recludis cárdines.

Tu Regis alti iánua

2 OFICIO

Ant. Spíritus Sanctus in te descéndet, María: ne tímeas, habebis in útero Fílium Dei, allelúia.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui de beatæ Maríæ Vírginis útero, Vérbum túum, Angelo nuntiante, cárnem suscípere voluísti: præsta supplícibus túis; ut, qui vere éam Genitrícem Dei crédimus, eius ápud te inter-

cessiónibus adiuvémur. Per eúmdem Dóminum nóstrum Iésum Christum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

3 OFICIO

Ant. Mirábile mystérium declarátur hódie: innovántur naturæ: Deus homo factus est: id quod fúit permánsit, et quod non érat assúmpsit: non commixtiónem passus, neque divisiónem.

Kyrie, eléison.

Christe, eléison.

Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Maríæ virginitate fœcunda, humano géneri præmia præstitisti: tríbue, quæsumus; ut ípsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

CONMEMORACIÓN DE LOS SANTOS

1 y 3 OFICIO

Ant. Sancti Dei omnes, intercédere dignémini pro nostra omniumque salute.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultate, iusti.

℟. Et gloriámini, omnes recti corde.

Oremus

Prótege, Dómine, pópulum túum, et apostolórum tuórum Petri et Pauli, et aliórum apostolórum patrocínio confidéntem, perpétua defensione conserva.

Omnes Sancti túi, quæsumus Dómine, nos ubique

ádiuvent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiamus: et pácem túam nostris concede tempóribus, et ab Ecclésia túa cúnctam repelle nequítiam: íter, actus, et voluntates nostras, et ómnium famulórum tuórum, in salutis túæ prosperitate dispone: benefactóribus nostris sempiterna bona retríbue: et ómnibus fidélibus defunctis réquiem ætérnam concede. Per Dóminum nóstrum Iésum Chrístum, Fílium túum, qui técum vívit et régnat, in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

2 OFICIO

Ant. Ecce Dóminus véniet, et omnes Sancti eius cum eo: et érit in díe illa lux magna, allelúia.

℣. Ecce apparébit Dóminus súper núbem cándidam.

℟. Et cum eo Sanctórum míllia.

Oremus

Consciéntias nostras, quæsumus Dómine, visitando pu-

rífica: ut véniens Iesus Christus Fílius tuus Dóminus nóster, cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem: Qui técum vívit et régnat, in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. El clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

Páter nóster, etc., *secretamente.*

℣. Dóminus det nobis súam pácem.

℟. Et vítam ætérnam. Amen.

En seguida debe decirse una de las antífonas de la SS. Virgen, según el tiempo.

1 OFICIO

Desde las Completas del dia de la Purificación hasta la Nona del Sábado Santo inclusive. (De rodillas, excepto los domingos, que se dirá de pie desde el sábado a Vísperas, y hasta después de ponerse el sol el mismo domingo, si se rezan los Maitines del lunes).

Antífona

Ave, Regina cælórum,
Ave, Dómina angelórum:
Salve, rádix, salve, porta,
Ex qua mundo lux est orta.
Gaude, Virgo gloriosa,
Súper omnes speciosa;
Vale, o valde decora,
Et pro nobis Christum exora.
℣. Dignare me laudare te,
Virgo sacrata.
℟. Da mihi virtútem contra hostes túos.

Oremus

Concede, miséricors Deus, fragilitati nostræ præsídium: ut, qui sanctæ Dei Genitricis memóriam ágimus: intercessionis eius auxílio, a nostris

iniquitátibus resurgamus. Per eúmdem Chrístum Dóminum nóstrum.

℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat sémper nobíscum.

℟. Amen.

Desde las Completas del Sábado Santo hasta la Nona del Sábado después de Pentecostés. (Se dice de pie).

Antífona

Regina cæli, lætare, allelúia;
Quía quem meruísti portare, allelúia;
Resurréxit, sícut díxit, allelúia:
Ora pro nobis Déum, allelúia.

℣. Gaude et lætare, Virgo María, allelúia.

℟. Quía surréxit Dóminus vere, allelúia.

Oremus

Deus, qui per resurrectiónem Fílii túi Dómini nostri Iesu Christi, múndum lætificare dignatus es: præsta, quæsumus; ut, per eius Genitrícem Vírginem Maríam, perpétuæ capiamus gáudia vitæ. Per eúmdem Chrístum Dóminum nóstrum.

℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat sémper nobíscum.

℟. Amen.

Desde las Completas del Sábado después de Pentecostés hasta la

Nona del Sábado antes del Adviento. (De rodillas, excepto los domingos, que se dirá de pie desde el Sábado a Vísperas, y hasta después de ponerse el sol el mismo domingo, si se rezan los Maitines del lunes).

Antifona

Salve, Regina, máter misericórdiæ; vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad te clamamus éxsules fílii Hevæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimárum valle. Eia ergo, advocata nostra, illos túos misericordes óculos ad nos converte. Et Iésum, benedíctum frúctum ventris túi, nobis post hoc exsílium ostende. O clemens, o pía, o dulcis Virgo María.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Oremus

Omnípotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Vírginis Matris Maríæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii túi habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperante, præparasti: da, ut cuius commemoratione lætámur; eius pía intercessione ab instántibus malis, et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Chrístum Dóminum nóstrum.

℟. Amen.

℣. Divínum auxílium

máneat sémper nobíscum.
℟. Amen.

---

2 y 3 OFICIO

Desde las Vísperas del Sábado anterior al primer domingo de Adviento hasta las Completas de la Purificación exclusive. (De rodillas, excepto los domingos, que se dice de pie desde el Sábado a Vísperas, y hasta después de ponerse el sol el mismo domingo, si se rezan los Maitines del lunes).

Antífonas

Alma Redemptoris Máter, quæ pérvia cæli
Porta manes, et stella maris, succurre cadenti,
Súrgere qui cúrat, pópulo: tu quæ genuísti,

Natura mirante, túum sánctum Genitórem,
Virgo príus ac postérius, Gabriélis ab ore
Sumens íllud Ave, peccatórum miserere.

Durante el Adviento

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.
℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Oremus

Grátiam túam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Fílii túi incarnatiónem cognóvimus; per passiónem eius et crúcem, ad resurrectionis glóriam perducámur. Per eúm-

dem Chrístum Dóminum nóstrum.

℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat sémper nobíscum.

℟. Amen.

Desde las Vísperas de la vigilia de Navidad hasta la Purificación.

℣. Post pártum, Virgo, inviolata permansisti.

℟. Dei Génitrix, intercede pro nobis.

Oremus

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Maríæ virginitate fecunda, humano géneri præmia præstitisti: tríbue, quæsumus; ut ípsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam merúimus auctórem

vitæ suscípere, Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum.

℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat sémper nobíscum.

℟. Amen.

A PRIMA

Ave, María, etc.

℣. Deus, in adiutórium méum intende.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festina.

Glória Patri, etc.

HIMNO

Memento, rérum Cónditor,
Nostri quod ólim córporis,
Sacrata ab alvo Vírginis
Nascendo fórmam súmpseris.

María, Máter grátiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege
Et mortis hora súscipe.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

1 OFICIO

Desde la Purificación hasta el Adviento

Ant. Assumpta est.

2 OFICIO

Durante el Adviento

Ant. Missus est.

3 OFICIO

Desde Navidad hasta la Purificación

Ant. O admirábile commércium!

SALMO 53

Imploremos el auxilio del Señor

Deus, in nómine túo sálvum me fac: * et in virtute túa iúdica me.

Deus, exáudi oratiónem méam: * áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam alieni insurrexérunt advérsum me, et fortes quæsiérunt ánimam méam: * et non proposuérunt Déum ante conspéctum súum.

Ecce énim Deus ádiuvat me: * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Averte mala inimicis meis: * et in veritate túa disperde illos.

Voluntárie sacrificabo tibi, * et confitébor nómini

túo, Dómine: quóniam bónum est:

Quóniam ex omni tribulatione eripuísti me: * et súper inimicos meos despéxit óculus meus.

Glória Patri, etc.

SALMO 84

Demos gracias a Dios por habernos librado de la esclavitud del pecado

Benedixisti, Dómine, térram túam: * avertisti captivitátem Iácob.

Remisisti iniquitátem plebis túæ: * operuísti ómnia peccata eórum.

Mitigasti ómnem íram túam: * avertisti ab ira indignationis túæ.

Converte nos, Deus, salutaris nóster: * et averte íram túam a nobis.

Númquid in ætérnum irasceris nobis? * aut extendes íram túam a generatione in generatiónem?

Deus, tu conversus vivificabis nos:* et plebs túa lætábitur in te.

Ostende nobis, Dómine, misericórdiam túam: * et salutare túum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus: * quóniam loquétur pácem in plébem súam:

Et súper sanctos súos: * et in eos, qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes éum salutare ipsíus: *

ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia et véritas obviavérunt sibi: * iustítia et pax osculatæ sunt.

Véritas de terra orta est: * et iustítia de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dábit benignitátem: * et terra nostra dábit frúctum súum.

Iustítia ante éum ambulábit: * et pónet in vía gressus súos.

Glória Patri, etc.

SALMO 116

Se invita a todas las gentes a alabar al Señor

Laudate Dóminum, omnes Gentes: * laudate éum, omnes pópuli:

Quóniam confirmata est súper nos misericórdia eius: * et véritas Dómini mánet in ætérnum.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Assumpta est María in cælum: gáudent Angeli, laudantes benedícunt Dóminum.

2 OFICIO

Ant. Missus est Gábriel Angelus ad Maríam Vírginem desponsátam Ióseph.

3 OFICIO

Ant. O admirábile commércium! Creátor géneris humani, animátum corpus

sumens, de Vírgine nasci dignatus est: et procedens homo sine sémine, largitus est nobis súam deitátem.

1 y 3 OFICIO

Capítulo. *Cant.*, vi

Quæ est ista, quæ progréditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordinata?

℟. Deo grátias.

℣. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

℟. Da mihi virtútem contra hostes túos.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Desde la Purificación hasta el Adviento

Oremus

Deus, qui virginálem áulam beatæ Maríæ, in qua habitares, elígere dignatus es: da, quæsumus; ut, súa nos defensione munitos, iucundos fácias súæ interesse commemorationi: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

Desde Navidad hasta la Purificación

Oremus

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Maríæ virginitate fœcunda, humano géneri præmia præstitisti: tríbue, quæsumus; ut ípsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fí-

lium túum: Qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

2 OFICIO

CAPÍTULO. *Is.*, VII

Ecce Virgo concípiet, et páriet fílium, et vocábitur nomen eius Emmánuel. Butyrum et mel cómedet, ut

scíat reprobare málum, et elígere bónum.

℟. Deo grátias.

℣. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

℟. Da mihi virtútem contra hostes túos.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui de beatæ Maríæ Vírginis útero Vérbum túum, Angelo nuntiante, cárnem suscípere voluísti: præsta supplícibus túis; ut, qui vere éam Genitrícem Dei crédimus, eius ápud te interces-

siónibus adiuvémur. Per eúmdem Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

A TERCIA

Ave, María, etc.

℣. Deus, in adiutórium méum intende.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festina.

Glória Patri, etc.

HIMNO

Memento, rérum Cónditor,
Nostri quod ólim córporis,
Sacrata ab alvo Vírginis
Nascendo fórmam súmpseris.

María Máter grátiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege
Et mortis hora súscipe.

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

1 OFICIO

Ant. María Virgo assumpta est.

2 OFICIO

Ant. Ave, María.

3 OFICIO

Ant. Quando natus es.

SALMO 119

Oración de un alma que pide el fin de su destierro

Ad Dóminum cum tribulárer clamavi: * et exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam méam a lábiis iniquis, * et a lingua dolosa.

Quid détur tibi, aut quid apponátur tibi * ad línguam dolósam?

Sagittæ potentis acutæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quía incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitántibus Cédar: * múltum íncola fúit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pácem, éram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Glória Patri, etc.

SALMO 120

Todo socorro viene del Señor

Levavi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium méum a Dómino, * qui fécit cælum et térram.

Non det in commotiónem pédem túum: * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio túa, * súper mánum déxteram túam.

Per díem sol non úret te: * neque luna per nóctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam túam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum túum, et éxitum túum: * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Glória Patri, etc.

SALMO 121

Canto de los peregrinos en honor de Jerusalén

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In dómum Dómini íbimus.

Stantes érant pedes nostri, * in átriis túis Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: * cuius participátio eius in idípsum.

Illuc énim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quía íllic sedérunt sedes in iudício, * sedes súper dómum Dávid.

Rogate quæ ad pácem sunt Ierúsalem: * et abundántia diligéntibus te:

Fíat pax in virtute túa: * et abundántia in túrribus túis.

Própter fratres meos, et próximos meos, * loquébar pácem de te.

Própter dómum Dómini Dei nostri, * quæsivi bona tibi.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. María Virgo assumpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex régum stellato sédet sólio.

2 OFICIO

Ant. Ave, María, grátia plena, Dóminus técum, benedicta tu in muliéribus, allelúia.

3 OFICIO

Ant. Quando natus es ineffabíliter ex Vírgine, tune impletæ sunt Scripturæ: sícut plúvia in vellus descendisti, ut sálvum fáceres genus humánum: te laudamus, Deus nóster.

1 Y 3 OFICIO

CAPÍTULO. *Eccli.*, XXIV, 15

Et sic in Síon firmata sum, et in civitate sanctificata simíliter requievi, et in Ierúsalem potestas mea.

℟. Deo grátias.

℣. Diffusa est grátia in lábiis túis.

℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui salutis æternæ, beátæ Maríæ virginitate fœcunda, humano géneri præmia præstitisti: tríbue, quæsumus; ut ípsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

2 OFICIO

CAPÍTULO. *Is.*, XI, 1, 2

Egrediétur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascéndet. Et requiéscet súper éum Spíritus Dómini.

℟. Deo grátias.

℣. Diffusa est grátia in lábiis, etc., *pág.* 119.

Oremus

Deus, qui de beatæ Maríæ Vírginis útero, Vérbum túum, Angelo nuntiante, cárnem suscípere voluísti: præsta supplícibus túis; ut, qui vere éam Genitrícem Dei crédimus, eius ápud te intercessiónibus adiuvémur. Per eúmdem Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

A SEXTA

Ave, María, etc.

℣. Deus, in adiutórium méum intende.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festina.

Glória Patri, etc.

HIMNO

Memento, rérum Cónditor,
Nostri quod ólim córporis,
Sacrata ab alvo Vírginis
Nascendo fórmam súmpseris.

María, Máter grátiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,

Tu nos ab hoste prótege
Et mortis hora súscipe.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

1 OFICIO

Ant. In odórem.

2 OFICIO

Ant. Ne tímeas, María.

3 OFICIO

Ant. Rúbum quem víderat.

SALMO 122

Oración del alma fiel en tiempos de calamidad y de opresión

Ad te levávi óculos meos,* qui hábitas in cælis.

Ecce sícut óculi servórum, * in mánibus dominórum suórum,

Sícut óculi ancillæ in mánibus dóminæ súæ: * ita óculi nostri ad Dóminum Déum nóstrum, dónec misereátur nostri.

Miserere nostri, Dómine, miserere nostri: * quía múltum repleti sumus despectione:

Quía múltum repleta est ánima nostra: * oppróbrium abundántibus, et despéctio superbis, etc.

Glória Patri, etc.

SALMO 123

Demos gracias a Dios por habernos librado de nuestros enemigos

Nisi quía Dóminus érat in nobis, dícat nunc Israel: * nisi quía Dóminus érat in nobis,

Cum exsúrgerent hómines in nos, * forte vivos deglutíssent nos:

Cum irascerétur fúror eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra: * fórsitan pertransísset ánima nostra áquam intolerábilem.

Benedictus Dóminus, * qui non dédit nos, in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sícut pásser erepta est * de láqueo venántium.

Láqueus contritus est, * et nos liberati sumus.

Adiutórium nóstrum in nómine Dómini, * qui fécit cælum et térram.

Glória Patri, etc.

SALMO 124

El Señor es el apoyo de los que confían en El

Qui confídunt in Dómino, sícut mons Síon:* non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierúsalem.

Montes in circúitu eius:* et Dóminus in circúitu pópuli súi, ex hoc nunc et usque in sæculum.

Quía non relínquet Dóminus vírgam peccatórum súper sórtem iustórum: * ut non exténdant iusti ad iniquitátem manus súas.

Bénefac, Dómine, bonis,* et rectis corde.

Declinantes áutem in obligationes addúcet Dóminus

cum operántibus iniquitátem: * pax súper Israel.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. In odórem unguentórum tuórum cúrrimus: adolescéntulæ dilexérunt te nimis.

2 OFICIO

Ant. Ne tímeas, María, invenisti grátiam ápud Dóminum: ecce concípies, et páries fílium, allelúia.

3 OFICIO

Ant. Rúbum, quem víderat Móyses incombústum, conservátam agnóvimus túam laudábilem virginitá-

tem: Dei Génitrix, intercede pro nobis.

1 y 3 OFICIO

Capítulo. *Eccli.*, xxiv, 14

Et radicavi in pópulo honorificato, et in parte Dei mei heréditas illíus, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

℟. Deo grátias.

℣. Benedicta tu in muliéribus.

℟. Et benedictus fructus ventris túi.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Desde la Purificación hasta el Adviento

Oremus

Concede, miséricors Deus, fragilitati nostræ præsídium: ut, qui sanctæ Dei Genitricis memóriam ágimus, intercessionis eius auxílio, a nostris iniquitátibus resurgamus. Per eúmdem Chrístum Dóminum nóstrum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

Desde Navidad hasta la Purificación

Oremus

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Maríæ virginitate fœcunda, humano géneri præmia præstitisti: tríbue, quæsumus; ut ípsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam, etc., *página anterior*.

2 OFICIO

CAPÍTULO. *Luc.*, I, 32, 33

Dábit illi Dóminus Deus sédem Dávid, patris eius: et regnábit in domo Iácob in ætérnum, et regni eius non érit finis.

℟. Deo grátias.

℣. Benedicta tu, etc., *página* 129.

Oremus

Deus, qui de beatæ Maríæ Vírginis útero Vérbum túum, Angelo nuntiante, cárnem suscípere voluísti: præsta supplícibus túis; ut, qui vere éam Genitrícem Dei crédimus, eius ápud te intercessiónibus adiuvémur. Per eúmdem Dóminum nóstrum

Iésum Christum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam, etc., *página* 130.

A NONA

Ave, María, etc.

℣. Deus, in adiutórium méum intende.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festina.

Glória Patri, etc.

HIMNO

Memento, rérum Cónditor,
Nostri quod ólim córporis,

Sacrata ab alvo Vírginis
Nascendo fórmam súmpseris.
María, Máter grátiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege
Et mortis hora súscipe.
Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

1 OFICIO

Ant. Pulchra es.

2 OFICIO

Ant. Ecce ancilla Dómini.

3 OFICIO

Ant. Ecce María génuit.

SALMO 125

Alegría de Sión al volver de la cautividad de Babilonia

In convertendo Dóminus captivitátem Síon: * facti sumus sícut consolati:

Tunc replétum est gáudio os nóstrum: * et língua nostra exsultatione.

Tune dícent ínter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum: * facti sumus lætantes.

Converte, Dómine, captivitátem nóstram, * sícut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrimis, * in exsultatione métent.

Eúntes íbant et flébant, * mittentes sémina súa.

Venientes áutem vénient cum exsultatione, * portantes manípulos súos.

Glória Patri, etc.

SALMO 126

Nada podemos sin el auxilio divino

Nisi Dóminus ædificáverit dómum, * in vánum laboravérunt qui ædíficant éam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit éam.

Vánum est vobis ante lúcem súrgere: * súrgite póstquam sedéritis, qui manducatis pánem doloris.

Cum déderit dilectis súis sómnum: * ecce heréditas

Dómini fílii: merces, fructus ventris.

Sícut sagíttæ in manu potentis: * ita fílii excussórum.

Beatus vir qui implévit desidérium súum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimicis súis in porta.

Glória Patri, etc.

SALMO 127

Felicidad prometida a los que temen al Señor

Beati omnes, qui tíment Dóminum, * qui ámbulant in viis eius.

Labores mánuum tuárum, quía manducabis: * beatus es, et bene tibi érit.

Uxor túa sícut vitis abundans, * in latéribus domus túæ.

Fílii túi sícut novellæ olivárum, * in circúitu mensæ túæ.

Ecce sic benedicétur homo,* qui tímet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Síon: * et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diebus vitæ túæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum,* pácem súper Israel.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Pulchra es et decora, fília Ierúsalem, terríbilis ut castrórum ácies ordinata.

2 OFICIO

Ant. Ecce ancilla Dómini, fíat mihi secúndum vérbum túum.

3 OFICIO

Ant. Ecce María génuit nobis Salvatórem, quem loannes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tóllit peccata mundi, allelúia.

1 y 3 OFICIO

CAPÍTULO. *Eccli.*, XXIV, 19, 20

In platéis sícut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitátem odoris.

℟. Deo grátias.

℣. Post pártum, Virgo, inviolata permansisti.

℟. Dei Génitrix, intercede pro nobis.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Desde la Purificación hasta el Adviento.

Oremus

Famulórum tuórum, quæsumus Dómine, delictis ignosce: ut, qui tibi placere de áctibus nostris non valemus, Genitricis Fílii túi Dómini nostri intercessione salvémur: Qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

Desde Navidad hasta la Purificación.

Oremus

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Maríæ virginitate fœcunda, humano géneri præmia præstitisti: tríbue, quæsumus; ut ípsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum

nóstrum Iésum Chrístum, Fílium túum, qui técum vívit et régnat, in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam, etc., *página anterior*.

2 OFICIO

Capítulo. *Is.*, vii, 14, 15

Ecce virgo concípiet, et pariet fílium; et vocábitur nomen eius Emmánuel. Butyrum et mel cómedet, ut scíat reprobare málum, et elígere bónum.

℟. Deo grátias.

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.

℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui de beatæ Maríæ Vírginis útero Verbum túum, Angelo nuntiante, cárnem suscípere voluísti: præsta supplícibus túis; ut, qui vere éam Genitrícem Dei crédimus, eius ápud te intercessiónibus adiuvémur. Per eúmdem Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus San-

cti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

A VÍSPERAS

Ave, María, etc.

℣. Deus, in adiutórium méum intende.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festina.
Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Dum ésset Rex.

2 OFICIO

Ant. Missus est.

3 OFICIO

Ant. O admirábile commércium.

Salmo 109

Grandeza y divinidad del Mesías

Díxit Dóminus Dómino meo: * Sede a dextris meis:
Dónec pónam inimicos túos, *scabéllum pédum tuórum.

Vírgam virtutis túæ emíttet Dóminus ex Síon: * dominare in médio inimicórum tuórum.

Técum princípium in díe virtutis túæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Iurávit Dóminus, et non pœnitébit éum: * Tu es sacerdos in ætérnum secúndum órdinem Melchísedech.

Dóminus a dextris túis, * confrégit in díe iræ súæ reges.

Iudicábit in natiónibus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrente in vía bíbet: * proptérea exaltábit cáput.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Dum ésset Rex in accúbitu súo, nardus mea dédit odórem suavitatis.

Ant. Læva eius.

2 OFICIO

Ant. Missus est Gábriel Angelus ad Maríam Vírginem desponsátam Ióseph.

Ant. Ave, María.

3 OFICIO

Ant. O admirábile commércium! Creátor géneris humani, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignatus est: et procedens homo sine sémine: largitus est nobis súam Deitátem.

Ant. Quando natus es.

SALMO 112

Gloria a Dios
infinitamente grande y condescendiente

Laudate, púeri, Dóminum: * laudate nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excelsus súper omnes Gentes Dóminus, * et súper cælos glória eius.

Quis sícut Dóminus Deus nóster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, *

et de stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet éum cum princípibus, * cum princípibus pópuli súi.

Qui habitare fácit stérilem in domo, * mátrem filiórum lætántem.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Læva eius sub cápite meo, et déxtera illíus amplexábitur me.

Ant. Nigra sum.

2 OFICIO

Ant. Ave, María, grátia plena, Dóminus técum: benedicta tu in muliéribus, allelúia.

Ant. Ne tímeas, María.

3 OFICIO

Ant. Quando natus es ineffabíliter ex Vírgine, tunc impletæ sunt Scripturæ: sícut plúvia in vellus descendisti, ut sálvum fáceres genus humánum: te laudamus, Deus nóster.

Ant. Rúbum, quem víderat Móyses.

SALMO 121

Canto de los peregrinos
en honor de Jerusalén (figura de María)

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In dómum Dómini íbimus.

Stantes érant pedes nostri, * in átriis túis, Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificátur

ut cívitas: * cuius participátio eius in idípsum.

Illuc énim ascendérunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quía íllic sedérunt sedes in iudício, * sedes súper dómum Dávid.

Rogate quæ ad pácem sunt Ierúsalem: * et abundántia diligéntibus te:

Fíat pax in virtute túa: * et abundántia in túrribus túis.

Própter fratres meos, et próximos meos, * loquébar pácem de te:

Própter dómum Dómini Dei nostri, * quæsivi bona tibi.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Nigra sum, sed formosa, fíliæ Ierúsalem: ídeo diléxit me Rex, et introdúxit me in cubículum súum.

Ant. Iam híems tránsiit.

2 OFICIO

Ant. Ne tímeas, María: invenisti grátiam ápud Dóminum: ecce concípies et páries fílium, allelúia.

Ant. Dábit ei Dóminus.

3 OFICIO

Ant. Rúbum, quem víderat Móyses incombústum, conservátam agnóvimus túam laudábilem virginitátem: Dei Génitrix, intercede pro nobis.

Ant. Germinávit rádix Iesse.

SALMO 126

Nada podemos sin el auxilio divino

Nisi Dóminus ædificáverit dómum, * in vánum laboravérunt qui ædíficant éam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit éam.

Vánum est vobis ante lúcem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducatis pánem doloris.

Cum déderit dilectis súis sómnum: * ecce heréditas Dómini fílii: merces, fructus ventris.

Sícut sagittæ in manu potentis: * ita fílii excussórum.

Beatus vir qui implévit

desidérium súum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimicis súis in porta.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Iam híems tránsiit, ímber ábiit et recéssit: surge, amica mea, et veni.

Ant. Speciosa.

2 OFICIO

Ant. Dábit ei Dóminus sédem Dávid patris eius, et regnábit in ætérnum.

Ant. Ecce ancilla Dómini.

3 OFICIO

Ant. Germinávit rádix Iesse, orta est stella ex Iácob: Virgo péperit Salvatórem: te laudamus, Deus nóster.

Ant. Ecce María génuit.

SALMO 147

Alabemos al Señor por los beneficios y maravillas que por nosotros obra

Lauda, Ierúsalem, Dóminum: * lauda Déum túum, Síon.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit fíliis túis in te.

Qui pósuit fines túos pácem: * et ádipe frumenti sátiat te.

Qui emíttit elóquium súum terræ: * velóciter cúrrit sermo eius.

Qui dat nívem sícut lánam: * nébulam sícut cínerem spárgit.

Míttit crystállum súam sícut buccellas: * ante fáciem frígoris eius quis sustinébit?

Emíttet vérbum súum, et liquefáciet ea: * flábit spíritus eius, et flúent aquæ.

Qui annúntiat vérbum súum Iácob: * iustítias, et iudícia súa Israel.

Non fécit táliter omni nationi: * et iudícia súa non manifestávit eis.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Speciosa facta es et suavis in delíciis túis, sancta Dei Génitrix.

2 OFICIO

Ant. Ecce ancilla Dómini: fíat mihi secúndum vérbum túum.

3 OFICIO

Ant. Ecce María génuit nobis Salvatórem, quem Ioannes videns exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tóllit peccata mundi, allelúia.

1 y 3 OFICIO

CAPÍTULO. *Eccli.*, XXIV, 14

Ab inítio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futúrum sæculum non désinam, et in habitatione sancta córam ipso ministravi.

℟. Deo grátias.

2 OFICIO

CAPÍTULO. *Is.*, XI, 1, 2

Egrediétur virga de radice Iesse, et flos de radice eius

ascéndet. Et requiéscet súper éum Spíritus Dómini.

℟. Deo grátias.

HIMNO

La primera estrofa se dice de rodillas

Ave, maris stella,
Dei Máter alma,
Atque sémper Virgo,
Félix cæli porta.
Sumens íllud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.
Solve vincla reis,
Prófer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuneta posce.
Monstra te esse mátrem,
Súmat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Túlit esse tuus.

Virgo singularis,
Ínter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac et castos.

Vítam præsta púram,
Íter para tútum,
Ut, videntes Iésum,
Sémper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus hónor unus. Amen.

℣. Diffusa est grátia in lábiis túis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

1 OFICIO

Ant. Beata Máter.

En tiempo pascual

Ant. Regina cæli.

2 OFICIO

Ant. Spíritus Sanctus.

3 OFICIO

Ant. Mágnum hereditatis mystérium.

Cántico de Nuestra Señora

Magníficat * ánima mea Dóminum:

Et exsultávit spíritus meus * in Deo, salutari meo.

Quía respéxit humilitátem ancillæ súæ: * ecce énim ex hoc beátam me dícent omnes generationes.

Quía fécit mihi magna qui potens est: * et sánctum nomen eius.

Et misericórdia eius a pro-

génie in progénies * timéntibus éum.

Fécit poténtiam in bráchio súo: * dispérsit superbos mente cordis súi.

Depósuit potentes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esurientes implévit bonis: * et dívites dimísit inanes.

Suscépit Israel púerum súum, * recordatus misericórdiæ súæ.

Sícut locutus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sæcula.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Beata Máter, et intacta Virgo, gloriosa Regina mundi, intercede pro nobis ad Dóminum.

En tiempo pascual

Ant. Regina cæli, lætare, allelúia. Quía quem meruísti portare, allelúia. Resurréxit, sícut díxit, allelúia. Ora pro nobis Déum, allelúia.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Concede nos fámulos túos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudere: et gloriosa beatæ Maríæ sémper Vírginis intercessione, a præsenti liberari tristítia, et æterna pérfrui lætítia. Per Dóminum

nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

2 OFICIO

Ant. Spíritus Sanctus in te descéndet, María: ne tímeas, habebis in útero Fílium Dei, allelúia.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui de beatæ Maríæ Vírginis útero Vérbum túum,

Angelo nuntiante, cárnem suscípere voluísti: præsta supplícibus túis; ut, qui vere éam Genitrícem Dei crédimus, eius ápud te intercessiónibus adiuvémur. Per eúmdem Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

3 OFICIO

Ant. Mágnum hereditatis mystérium: témplum Dei factus est úterus nescientis vírum: non est pollutus ex ea cárnem assumens: omnes gentes vénient, dicentes: Glória tibi, Dómine.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Maríæ virginitate fecunda, humano géneri præmia præstitisti: tríbue, quæsumus; ut ípsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

CONMEMORACIÓN DE LOS SANTOS

1 y 3 OFICIO

Ant. Sancti Dei omnes, intercédere dignémini pro nostra omniumque salute.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultate iusti.

℟. Et gloriámini, omnes recti corde.

Oremus

Prótege, Dómine, pópulum túum, et Apostolórum tuórum Petri et Pauli, et alióorum Apostolórum patrocínio confidéntem, perpétua defensione conserva.

Omnes Sancti túi, quæsumus Dómine, nos ubique ádiuvent: ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiamus: et pácem túam nostris concede tempóribus, et ab Ecclésia túa cúnctam repelle nequítiam: íter, actus et voluntates nostras, et ómnium famulórum tuórum, in salutis túæ prosperitate dispone: benefactóribus nostris sempiterna bona retríbue, et ómnibus fidélibus defunctis réquiem ætérnam concede. Per Dóminum nóstrum Iésum Christum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

2 OFICIO

Ant. Ecce Dóminus véniet, et omnes Sancti eius cum eo: et érit in díe illa lux magna, allelúia.

℣. Ecce apparébit Dóminus súper núbem cándidam.

℟. Et cum eo Sanctórum míllia.

Oremus

Consciéntias nostras, quæsumus, Dómine, visitando purífica: ut véniens Iesus Christus Fílius tuus Dóminus nóster cum ómnibus Sanctis, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem: Qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam, etc., *como se ha dicho en la página anterior.*

Si no se rezan en seguida las Completas, después del verso Fidélium, *se concluye con el* Páter nóster *en secreto.*

A COMPLETAS

Ave, María, etc.

℣. Converte nos, Deus, salutaris nóster.

℟. Et averte íram túam a nobis.

℣. Deus, in adiutórium méum intende.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festina.

Glória Patri, etc.

SALMO 128

El Señor defiende a los justos de las acometidas de los malvados

Sæpe expugnavérunt me a iuventute mea, *dícat nunc Israel:

Sæpe expugnavérunt me a iuventute mea: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dórsum méum fabricavérunt peccatores: * prolongavérunt iniquitátem súam.

Dóminus iustus concídit cervices peccatórum: * confundántur et convertántur retrórsum omnes, qui odérunt Síon.

Fíant sícut fœnum tectórum: * quod priúsquam evellátur, exáruit:

De quo non implévit mánum súam qui métit, * et sínum súum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant: Benedíctio Dómini súper vos: * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Glória Patri, etc.

SALMO 129

Oración de un corazón contrito
que gime y espera

De profundis clamavi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vócem méam:

Fíant aures túæ intendentes, * in vócem deprecationis meæ.

Si iniquitates observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quía ápud te propitiátio est: * et própter légem túam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutina usque

ad nóctem: * spéret Israel in Dómino.

Quía ápud Dóminum misericórdia: * et copiosa ápud éum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Glória Patri, etc.

SALMO 130

Humilde abandono en las manos de Dios

Dómine, non est exaltátum cor méum: * neque elati sunt óculi mei.

Neque ambulavi in magnis: * neque in mirabílibus súper me.

Si non humíliter sentiébam: * sed exaltavi ánimam méam:

Sícut ablactatus est súper

matre súa, * ita retribútio in ánima mea.

Spéret Israel in Dómino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Glória Patri, etc.

HIMNO

Memento, rérum Cónditor,
Nostri quod ólim córporis,
Sacrata ab alvo Vírginis
Nascendo, fórmam súmpseris.

María, Máter grátiæ,
Dulcis Parens cleméntiæ,
Tu nos ab hoste prótege
Et mortis hora súscipe.

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

1 OFICIO

Desde la Purificación hasta el Adviento.

CAPÍTULO. *Eccli.*, XXIV, 24

Ego máter pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei.

℟. Deo grátias.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ant. Sub túum præsídium.

En tiempo pascual

Ant. Regina cæli.

2 OFICIO

En el Adviento

CAPÍTULO. *Is.*, VII, 14, 15

Ecce virgo concípiet et páriet fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel. Butyrum et mel cómedet, ut scíat reprobare málum, et elígere bónum.

℟. Deo grátias.

℣. Angelus Dómini nuntiávit Maríæ.

℟. Et concépit de Spíritu Sancto.

Ant. Spíritus Sanctus.

3 OFICIO

Desde la Natividad del Señor hasta la Purificación.

CAPÍTULO. *Eccli.*, XXIV, 24

Ego máter pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei.

℟. Deo grátias.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ant. Mágnum hereditatis mystérium.

Cántico de Simeón

Nunc dimittis sérvum túum, Dómine, * secúndum vérbum túum in pace:

Quía vidérunt óculi mei * salutare túum,

Quod parasti * ante fáciem ómnium populórum,

Lumen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plebis túæ Israel.

Glória Patri, etc.

1 OFICIO

Ant. Sub túum præsídium confúgimus, sancta Dei Génitrix: nostras deprecationes ne despícias in necessitátibus, sed a perículis cunctis líbera nos sémper, Virgo gloriosa et benedicta.

En tiempo pascual

Ant. Regina cæli, lætare, allelúia. Quía quem meruísti portare, allelúia. Resurréxit, sícut díxit, allelúia. Ora pro nobis Déum, allelúia.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Beatæ et gloriosæ sémper Vírginis Maríæ, quæsumus Dómine, intercéssio gloriosa nos prótegat, et ad vítam perdúcat ætérnam. Per Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

Bendición. Benedícat et custódiat nos omnípotens et misércors Dóminus, Páter, et Fílius, et Spíritus Sanctus.

℟. Amen.

2 OFICIO

Ant. Spíritus Sanctus in te descéndet, María: ne tímeas, habebis in útero Fílium Dei, allelúia.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui de beatæ Maríæ Vírginis útero Vérbum túum, Angelo nuntiante, cárnem suscípere voluísti: præsta supplícibus túis; ut, qui vere éam Genitrícem Dei crédimus, eius ápud te intercéssiónibus adiuvémur. Per eúmdem Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi, etc., *página* 179 *y sig.*

3 OFICIO

Ant. Mágnum hereditatis mystérium: témplum Dei factus est úterus nescientis vírum: non est pollutus ex ea cárnem assumens: omnes gentes vénient, dicentes: Glória tibi, Dómine.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Maríæ virginitate fecunda, humano géneri præmia præstitisti: tríbue, quæ-

sumus; ut ípsam pro nobis intercédere sentiamus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Benedicamus Dómino.

℟. Deo grátias.

Bendición. Benedícat et custódiat nos omnípotens et misércors Dóminus, Páter, et Fílius, et Spíritus Sanctus.

℟. Amen.

Aquí debe decirse una de las antífonas de la SS. Virgen, según el tiempo, como se ha dicho en la pág. 91 y siguientes.

℣. Divínum auxílium máneat sémper nobíscum.

℟. Amen.

Debe decirse también en voz baja el Páter nóster, Ave María *y* Credo.

FIN DEL OFICIO DE LA SS. VIRGEN

OFICIO DE DIFUNTOS

(*)

Las antífonas sólo se duplican (esto es, se recitan íntegras antes y después de cada Salmo o Cántico) *en el día del entierro de un difunto, en el día después de recibida la noticia de la defunción, en los días tercero, séptimo, trigésimo y aniversario, aun entendido en sentido lato, y siempre que se celebre solemnemente el Oficio. En cualquier otro día, antes del Salmo, se dicen sólo las palabras anteriores al asterisco.*

(*) El Sumo Pontífice San Pío V concedió 50 días de indulgencias a los que lo recen.

A VÍSPERAS

Siempre que estas Vísperas no se recen inmediatamente después de la conducción del cadáver a la iglesia y del Responso Subvenite, *o del Oficio del día, dígase en secreto* Páter nóster *y* Ave María; *en caso contrario empiécese absolutamente por la antífona:*

Ant. Placebo Dómino * in regione vivórum.

SALMO 114

Acción de gracias a Dios
por su auxilio en un gran peligro

Dilexi, quóniam exáudiet Dóminus * vócem oratiónis meæ.

Quía inclinávit áurem súam mihi: * et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolores mortis: * et perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem inveni: * et nomen Dómini invocavi.

O Dómine, líbera ánimam méam: * miséricors Dóminus, et iustus, et Deus nóster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus: * humiliatus sum, et liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem túam: * quía Dóminus benefécit tibi.

Quía erípuit ánimam méam de morte: * óculos meos a lácrimis, pedes meos a lapsu.

Placebo Dómino * in regione vivórum.

Al fin de cada Salmo se dice:

Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.

Ant. Placebo Dómino in regione vivórum.

Ant. Hei mihi, Dómine, * quía incolatus meus prolongatus est.

SALMO 119

El justo pide a Dios que le libre de la tribulación, y suspira por la patria çelestial.

Ad Dóminum cum tribulárer clamavi: * et exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam méam a lábiis iniquis, * et a língua dolosa.

Quid détur tibi, aut quid apponátur tibi * ad línguam dolósam?

Sagittæ potentis acutæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quía incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitántibus Cédar: * múltum íncola fúit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pácem, éram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Hei mihi, Dómine, quía incolatus meus prolongatus est.

Ant. Dóminus custódit te * ab omni malo: custódiat ánimam túam Dóminus.

SALMO 120

El justo espera el auxilio divino en los peligros que le asaltan durante su viaje a la Patria celestial.

Levavi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium méum a Dómino, * qui fécit cælum et térram.

Non det in commotiónem pédem túum: * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio túa, * súper mánum déxteram túam.

Per díem sol non úret te: * neque luna per nóctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam túam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum túum, et éxitum túum: * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Dóminus custódit te ab omni malo: custódiat ánimam túam Dóminus.

Ant. Si iniquitates * observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit?

SALMO 129

Oración de un corazón contrito que gime y espera

De profundis clamavi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vócem méam:

Fíant aures túæ intendéntes, * in vócem deprecatiónis meæ.

Si iniquitates obsérváveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quía ápud te propitiátio est: * et própter légem túam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutina, usque ad nóctem: * spéret Israel in Dómino.

Quía ápud Dóminum misericórdia: * et copiosa ápud éum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Si iniquitates obser-

váveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit?

Ant. Opera* mánuum tuárum, Dómine, ne despícias.

SALMO 137

Gracias, Señor, por haber oído mis peticiones

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: * quóniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelórum psállam tibi: * adorabo ad templum sánctum túum, et confitébor nómini túo.

Súper misericórdia túa, et veritate túa: * quóniam magnificasti súper omne, nomen sánctum túum.

In quacumque die invocávero te, exáudi me: * multi-

plicabis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi, Dómine, omnes reges terræ: * quía audiérunt ómnia verba oris túi:

Et cántent in viis Dómini: * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excelsus Dóminus, et humília réspicit: * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulationis, vivificabis me: * et súper íram inimicórum meórum extendisti mánum túam, et sálvum me fécit déxtera túa.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine, misericórdia túa in sæculum: ópera mánuum tuárum ne despícias.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Opera mánuum tuárum, Dómine, ne despícias.

℣. Audivi vócem de cælo dicéntem mihi.

℟. Beati mórtui qui in Dómino moriúntur.

Ad Magníficat.

Ant. Omne * quod dat mihi Páter, ad me véniet; et éum qui vénit ad me, non eiíciam foras.

Cántico de Nuestra Señora

Magníficat * ánima mea Dóminum:

Et exsultávit spíritus meus * in Deo, salutari meo.

Quía respéxit humilitátem ancillæ suæ: * ecce énim ex hoc beátam me dícent omnes generationes.

Quía fécit mihi magna qui potens est: * et sánctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus éum.

Fécit poténtiam in bráchio súo: * dispérsit superbos mente cordis súi.

Depósuit potentes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esurientes implévit bonis:*et dívites dimísit inanes.

Suscépit Israel púerum súum, * recordatus misericórdiæ súæ.

Sícut locutus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sæcula.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Omne, quod dat mihi Páter, ad me véniet; et éum

qui vénit ad me, non eiíciam foras.

Las preces siguientes se dicen de rodillas.

Páter nóster, *en secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

El salmo siguiente se omite el día del tránsito o del entierro de un difunto, y siempre que el Oficio se reza con rito doble, es decir, duplicando las antífonas.

SALMO 145

Pongamos únicamente nuestra confianza en Dios

Lauda, ánima mea, Dóminum, laudabo Dóminum in vita mea: * psállam Deo meo quámdiu fúero.

Nolite confídere in princípibus: * in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus eius, et revertétur in térram súam: * in illa díe períbunt omnes cogitationes eórum.

Beatus, cuius Deus Iácob adiútor eius, spes eius in Dómino Deo ipsíus: * qui fécit cælum et térram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, fácit iudícium iniúriam patiéntibus: * dat éscam esuriéntibus.

Dóminus sólvit compeditos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elisos, * Dóminus díligit iustos.

Dóminus custódit ádve-

nas, pupíllum et víduam suscípiet: * et vías peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sæcula, Deus tuus, Síon: * in generatiónem et generatiónem.

Réquiem ætérnam, etc.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue, Dómine, ánimam eius *(o* ánimas eórum).

℣. Requiéscat in pace. (Requiéscant in pace).

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Dícese la oración correspondiente de entre las que siguen, y después Réquiem ætérnam, etc., *como más abajo se pone* (*pág. 209 y sig.*).

Oremus

En el dia del entierro de un difunto:

Absolve, quæsumus, Dómine, ánimam fámuli túi N. *(o* fámulæ túæ N.), ut defunctus *(o* defuncta) sæculo, tibi vívat: et, quæ per fragilitátem carnis humana conversatione commísit, tu vénia misericordíssimæ pietatis absterge. Per Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

O bien esta otra oración:

Deus, cui próprium est

misereri sémper et párcere, te súpplices exoramus pro ánima fámuli túi N. (o fámulæ túæ N.), quam hódie de hoc sæculo migrare iussisti: ut non tradas éam in manus inimici, neque obliviscaris in fínem, sed iúbeas éam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradisi perduci; ut, quía in te sperávit et crédidit, non pœnas inferni sustíneat, sed gáudia æterna possídeat. Per Dóminum nóstrum Iésum Chrístum, Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

En el dia tercero, séptimo y trigésimo del entierro de algún difunto:

Quæsumus, Dómine, ut ánimæ fámuli túi N. *(o* fámulæ túæ N.), cuius depositionis díem tértium *(o* séptimum, *o* trigésimum) commemoramus, Sanctórum atque electórum tuórum largiri digneris consórtium; et rórem misericórdiæ túæ perénnem infundas. Per Dóminum nóstrum...

En el dia aniversario:

Deus, indulgentiárum Dómine: da ánimæ fámuli túi N. *(o* fámulæ túæ N. *o* animabus famulórum famularumque tuárum), cuius (quórum) anniversárium depositionis díem commemoramus,

refrigérii sédem, quietis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum nóstrum...

Por un Sumo Pontífice difunto:

Deus, qui ínter summos Sacérdotes fámulum túum N. ineffábili túa dispositione connumerari voluísti: præsta, quæsumus; ut, qui Unigéniti Fílii túi vices in terris gerébat, sanctórum tuórum Pontíficum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Dóminum nóstrum...

Por un Obispo difunto:

Deus, qui ínter apostólicos Sacerdotes fámulum túum N. (fámulos túos N. et N.) pontificali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus;

ut eórum quoque perpétuo aggregétur *(o* aggregéntur) consórtio. Per Dóminum nóstrum...

Por un Obispo Cardenal difunto, se dice:

... fámulum túum N. Epíscopum Cardinálem pontificali fecisti dignitate...

Por un sacerdote difunto:

Deus, qui ínter apostólicos sacerdotes, fámulum túum N. (fámulos túos N. et N.), sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur *(o* aggregéntur) consórtio. Per Dóminum nóstrum...

O bien esta otra oración:

Præsta, quæsumus, Dómine: ut ánima fámuli túi N. Sacerdotis, quem, in hoc sæculo commorántem, sacris munéribus decorasti, in cælesti sede gloriosa sémper exsúltet. Per Dóminum nóstrum...

Por un difunto:

Inclina, Dómine, áurem túam ad preces nostras, quibus misericórdiam túam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli túi N., quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constítuas, et Sanctórum tuórum iúbeas esse consórtem. Per Dóminum nóstrum...

Por una difunta:

Quæsumus, Dómine, pro túa pietate miserere ánimæ fámulæ tuæ N., et a contágiis mortalitatis exútam, in æternæ salvationis pártem restítue. Per Dóminum nóstrum...

Por los hermanos, parientes y bienhechores difuntos:

Deus, véniæ largítor et humanæ salutis amátor: quæsumus cleméntiam túam; ut nostræ congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc sæculo transiérunt, beata María sémper Vírgine intercedente cum ómnibus Sanctis túis, ad perpétuæ beatitúdinis con-

sórtium pervenire concedas. Per Dóminum nóstrum...

Por el padre y la madre:

Deus, qui nos pátrem et mátrem honorare præcepisti: miserere cleménter animabus patris et matris meæ, eorumque peccata dimitte; meque eos in æternæ claritatis gáudio fac videre. Per Dóminum nóstrum...

Por los padres de varios, se dice la misma oración; mas donde dice patris et matris meæ *se dice* paréntum nostrórum, *y donde* meque *se dice* nosque.

Por el padre:

Deus, qui nos pátrem et mátrem honorare præcepisti: miserere cleménter ánimæ patris mei, eiusque peccata

dimitte; meque éum in ætérnæ claritatis gáudio fac vidére. Per Dóminum nóstrum...

Por la madre:

Deus, qui nos pátrem et mátrem honorare præcepísti: miserére cleménter ánimæ matris meæ, eiusque peccata dimitte; meque éam in ætérnæ claritatis gáudio fac vidére. Per Dóminum nóstrum...

En el Oficio de Difuntos por todo el año:

Deus, qui ínter apostólicos sacerdótes, fámulos túos pontificali seu sacerdotali fecísti dignitáte vigére: præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio.

Deus, véniæ largítor, et humanæ salutis amátor: quæsumus cleméntiam túam; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactores, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María sémper Vírgine intercedente cum ómnibus Sanctis túis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concedas.

Fidélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animabus famulórum famularumque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam sémper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus San-

cti Deus, per ómnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

A MAITINES

Pater noster, Ave María, Credo, *en secreto.*

Pero se omiten cuando estos Maitines se rezan inmediatamente después de la conducción del cadáver a la iglesia y del Responso Subvenite, *o de los Maitines y Laudes del día.*

El siguiente Invitatorio se dice

siempre en el Oficio de Difuntos cuando se rezan los tres Nocturnos, aunque sea con rito semidoble, o un solo Nocturno, pero con rito doble. En cualquier otro caso se omite.

Los Nocturnos que a continuación se ponen pueden decirse (a excepción del dia de la Conmemoración de los Fieles difuntos) todos o también uno solo, pero de manera que (fuera del dia del entierro, en que siempre se dice el primer Nocturno), el domingo, lunes y jueves se diga èl primero, el martes y el viernes el segundo, y el miércoles y sábado el tercero.

El dia de la Conmemoración de todos los Fieles difuntos se reza el Oficio según se halla después del que sigue.

Invitatorio

Régem, cui ómnia vívunt,* venite, adoremus.

Yrepítese: Régem, cui, etc.

SALMO 94

Exhortación a alabar y dar gracias a Dios

Venite, exsultemus Dómino, iubilemus Deo, salutari nostro: præoccupemus fáciem eius in confessione, et in psalmis iubilemus ei.

Régem, cui ómnia vívunt, venite, adoremus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus súper omnes deos: quóniam non repéllet Dóminus plébem súam: quía in manu eius sunt omnes fines terræ, et altitúdines móntium ipse cónspicit.

Venite, adoremus.

Quóniam ipsíus est mare, et ipse fécit íllud, et áridam

fundavérunt manus eius: venite, adoremus, et procidamus ante Déum: ploremus córam Dómino, qui fécit nos, quía ipse est Dóminus Deus nóster; nos áutem pópulus eius, et oves páscuæ eius.

Régem, cui ómnia vívunt, venite, adoremus.

Hódie, si vócem eius audiéritis, nolite obdurare corda vestra, sícut in exacerbatione secúndum díem tentationis in deserto: ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt et vidérunt ópera mea.

Venite, adoremus.

Quadraginta annis próximus fui generationi húic, et dixi: Sémper hi érrant corde; ipsi vero non cognovérunt

vías meas: quibus iuravi in ira mea: Si introíbunt in réquiem méam.

Régem, cui ómnia vívunt, venite, adoremus.

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.

Venite, adoremus.

Régem, cui ómnia vívunt, venite, adoremus.

EN EL I NOCTURNO

Domingo, Lunes y Jueves

Ant. Dírige, * Dómine, Deus meus, in conspectu túo víam méam.

SALMO 5

Cuánto aborrece Dios a los malos
y favorece a los buenos

Verba mea áuribus pércipe, Dómine, * intéllige clamórem méum.

Intende voci orationis meæ, * Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orabo: * Dómine, mane exáudies vócem méam.

Mane astabo tibi et videbo: * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit iuxta te malignus: * neque permanébunt iniusti ante óculos túos.

Odisti omnes, qui operántur iniquitátem: * perdes

omnes, qui loquúntur mendácium.

Vírum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus: * ego áutem in multitúdine misericórdiæ túæ.

Introíbo in dómum túam: * adorabo ad témplum sánctum túum in timore túo.

Dómine, déduc me in iustítia túa: * própter inimicos meos dírige in conspectu túo viam méam.

Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eórum vánum est.

Sepúlcrum patens est gúttur eórum, linguis súis dolose agébant: * iúdica illos, Deus.

Décidant a cogitatiónibus súis, secúndum multitúdi-

nem impietátum eórum expelle eos; * quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et læténtur omnes, qui spérant in te, * in ætérnum exsultábunt: et habitabis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen túum, * quóniam tu benedices iusto.

Dómine, ut scuto bonæ voluntatis túæ * coronasti nos.

℣. Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Dírige, Dómine, Deus meus, in conspectu túo víam méam.

Ant. Convértere, * Dómine, et éripe ánimam méam, quóniam non est in morte, qui mémor sit túi.

SALMO 6

Sentimientos de un verdadero penitente

Dómine, ne in furore túo árguas me, * neque in ira túa corrípias me.

Miserere mei, Dómine, quóniam infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbata sunt ossa mea.

Et ánima mea turbata est valde: * sed tu, Dómine, úsquequo?

Convértere, Dómine, et éripe ánimam méam: * sálvum me fac própter misericórdiam túam.

Quóniam non est in morte qui mémor sit túi: * in inferno áutem quis confitébitur tibi?

Laboravi in gémitu meo, lavabo per síngulas noctes léctum méum: * lácrimis meis strátum méum rigabo.

Turbatus est a furore óculus meus: * inveteravi ínter omnes inimicos meos.

Discédite a me, omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudívit Dóminus vócem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem méam, * Dóminus oratiónem méam suscépit.

Erubéscant, et conturbéntur veheménter omnes inimici mei: * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Convértere, Dómine, et éripe ánimam méam: quó-

niam non est in morte qui mémor sit túi.

Ant. Nequando rápiat * ut leo ánimam méam, dum non est qui rédimat, neque qui sálvum fáciat.

SALMO 7

Invocación a la justicia de Dios

Dómine, Deus meus, in te speravi: * sálvum me fac ex ómnibus persequéntibus me, et líbera me.

Nequando rápiat ut leo ánimam méam, * dum non est qui rédimat, neque qui sálvum fáciat.

Dómine, Deus meus, si feci ístud, * si est iníquitas in mánibus meis:

Si réddidi retribuéntibus

mihi mala,* décidam mérito ab inimicis meis inanis.

Persequátur inimicus ánimam méam, et comprehéndat, et concúlcet in terra vítam méam, * et glóriam méam in púlverem dedúcat.

Exsurge, Dómine, in ira túa: * et exaltare in fínibus inimicórum meórum.

Et exsurge, Dómine, Deus meus, in præcepto quod mandasti: * et synagoga populórum circúmdabit te.

Et própter hanc in áltum regrédere: * Dóminus iúdicat pópulos.

Iúdica me, Dómine, secúndum iustítiam méam,* et secúndum innocéntiam méam súper me.

Consumétur nequítia pec-

catórum, et díriges iústum,* scrutans corda et renes, Deus.

Iústum adiutórium méum a Dómino, * qui salvos fácit rectos corde.

Deus iúdex iustus, fortis, et pátiens: * númquid irásci-tur per síngulos díes?

Nisi conversi fuéritis, gládium súum vibrábit: * árcum súum teténdit, et parávit íllum.

Et in eo parávit vasa mortis: * sagittas súas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit iniustítiam: * concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lácum apéruit, et effódit éum: * et íncidit in fóveam, quam fécit.

Convertétur dólor eius in cáput eius: * et in vérticem ipsíus iníquitas eius descéndet.

Confitébor Dómino secúndum iustítiam eius: * et psállam nómini Dómini altíssimi.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Nequando rápiat ut leo ánimam méam, dum non est qui rédimat, neque qui sálvum fáciat.

℣. A porta ínferi.

℟. Érue, Dómine, ánimas eórum.

Páter nóster, *todo en secreto.*

Lección I. *Iob, 7*

Parce mihi, Dómine; níhil énim sunt díes mei. Quid est

homo, quía magníficas éum? aut quid apponis erga éum cor túum? Vísitas éum dilúculo, et súbito probas íllum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glútiam salívam méam? Peccavi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccátum méum, et quare non aufers iniquitátem méam? Ecce nunc in púlvere dórmiam: et, si mane me quæsíeris, non subsístam.

Las Lecciones terminan sin Tu áutem, *ni ninguna otra conclusión.*

℟. Credo quod Redémptor meus vívit, et in novíssimo

die de terra surrecturus sum,* Et in carne mea videbo Déum Salvatórem méum. ℣. Quem visurus sum ego ipse, et non álius; et óculi mei conspecturi sunt. — Et in carne mea videbo Déum Salvatórem méum.

Lección II. *Iob, 10*

Tædet ánimam méam vitæ meæ, dimíttam advérsum me elóquium méum, lóquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dícam Deo: Noli me condemnare: índica mihi, cur me ita iúdices. Númquid bónum tibi vidétur, si calumnieris me, et ópprimas me, opus mánuum tuárum, et consílium impiórum ádiu-

ves? Númquid óculi cárnei tibi sunt, aut, sícut vídet homo, et tu videbis? Númquid sícut díes hóminis díes túi, et anni túi sícut humana sunt témpora, ut quæras iniquitátem méam, et peccátum méum scruteris? Et scías quía níhil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu túa póssit erúere.

℟. Qui Lázarum resuscitásti a monumento fœtidum, * Tu eis, Dómine, dona réquiem, et lócum indulgéntiæ. ℣. Qui venturus es iudicare vivos et mórtuos, et sæculum per ígnem. — Tu eis, Dómine, dona réquiem, et lócum indulgéntiæ.

Lección III. *Iob, 10*

Manus túæ fecérunt me, et plasmavérunt me tótum in circúitu: et sic repente præcípitas me? Memento, quæso, quod sícut lútum féceris me, et in púlverem reduces me. Nonne sícut lac mulsisti me, et sícut cáseum me coagulasti? Pelle et cárnibus vestisti me, óssibus et nervis compegisti me. Vítam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio túa custodívit spíritum méum.

℟. Dómine, quando véneris iudicare térram, ubi me abscóndam a vultu iræ túæ? * Quía peccavi nimis in vita mea. ℣. Commissa mea pa-

vesco, et ante te erubesco: dum véneris iudicare, noli me condemnare.—Quía peccavi nimis in vita mea. ℟. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.—Quía peccavi nimis in vita mea.

Cuando se reza un solo Nocturno, vienen en seguida las Laudes, que están después del III Nocturno.

Pero cuando en el dia del entierro de un difunto no se dicen Laudes, después del tercer Responso se dice Páter nóster *y Preces, como más abajo a Laudes.*

EN EL II NOCTURNO

Martes y Viernes

Ant. In loco páscuæ * ibi me collocávit.

SALMO 22

A quien Dios apacienta nada le falta

Dóminus régit me, et níhil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Súper áquam refectionis educávit me: * ánimam méam convértit.

Dedúxit me súper sémitas iustítiæ, * própter nomen súum.

Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timebo mala: * quóniam tu mécum es.

Virga túa, et báculus tuus: * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo ménsam, * adversus eos, qui tríbulant me.

Impinguasti in óleo cáput méum: * et cálix meus inébrians, quam præclarus est!

Et misericórdia túa subsequétur me: * ómnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. In loco páscuæ ibi me collocávit.

Ant. Delicta * iuventutis meæ et ignorántias meas ne memíneris, Dómine.

SALMO 24

Se implora la misericordia del Señor y la liberación de los enemigos

Ad te, Dómine, levavi ánimam méam: * Deus meus, in te confido, non erubéscam.

Neque irrídeant me inimici mei: * étenim universi, qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agentes * supervácue.

Vías túas, Dómine, demonstra mihi: * et sémitas túas édoce me.

Dírige me in veritate túa, et doce me: * quía tu es, Deus, Salvátor meus, et te sustínui tota díe.

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, * et misericordiárum tuárum, quæ a sæculo sunt.

Delicta iuventutis meæ, * et ignorántias meas ne memíneris.

Secúndum misericórdiam túam memento mei tu * pró-

pter bonitátem túam, Dómine.

Dulcis et rectus Dóminus: * própter hoc légem dábit delinquéntibus in vía.

Díriget mansuetos in iudício: * docébit mites vías súas.

Universæ víæ Dómini, misericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum eius et testimónia eius.

Própter nomen túum, Dómine, propitiáberis peccato meo: * múltum est énim.

Quis est homo qui tímet Dóminum? * légem státuit ei in vía, quam elégit.

Anima eius in bonis demorábitur: * et semen eius hæreditábit térram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus éum: * et te-

staméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Oculi mei sémper ad Dóminum: * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserere mei: * quía únicus et páuper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: * de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem méam, et labórem méum: * et dimitte universa delicta mea.

Réspice inimicos meos quóniam multiplicati sunt, * et ódio iníquo odérunt me.

Custodi ánimam méam, et érue me: * non erubéscam, quóniam speravi in te.

Innocentes et recti adhæ-

sérunt mihi: * quía sustínui te.

Líbera, Deus, Israel, * ex ómnibus tribulatiónibus súis.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Delicta iuventutis meæ, et ignorántias meas ne memíneris, Dómine.

Ant. Credo videre * bona Dómini in terra vivéntium.

SALMO 26

Oración, llena de confianza en el Señor, pidiéndole la liberación de las asechanzas del enemigo.

Dóminus illuminátio mea, et salus mea, * quem timebo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidabo?

Dum apprópiant súper me

nocentes, * ut édant carnes meas:

Qui tríbulant me inimici mei, * ipsi infirmati sunt, et cecidérunt.

Si consístant advérsum me castra, * non timébit cor méum.

Si exsúrgat advérsum me prælium, * in hoc ego sperabo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diebus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem témplum eius.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo súo: * in díe malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi súi.

In petra exaltávit me: * et nunc exaltávit cáput méum súper inimicos meos.

Circuívi, et immolavi in tabernáculo eius hóstiam vociferationis: * cantabo, et psálmum dícam Dómino.

Exáudi, Dómine, vócem méam, qua clamavi ad te: * miserere mei, et exáudi me.

Tibi díxit cor méum, exquisívit te fácies mea: * fáciem túam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem túam a me: * ne declines in ira a servo túo.

Adiútor meus esto: * ne derelínquas me, neque despícias me, Deus, salutaris meus.

Quóniam páter meus, et

máter mea dereliquérunt me: * Dóminus áutem assúmpsit me.

Légem pone mihi, Dómine, in vía túa: * et dírige me in sémitam réctam própter inimicos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam insurrexérunt in me testes iniqui, et mentita est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Exspecta Dóminum, viríliter age: * et confortétur cor túum, et sústine Dóminum.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

℣. Cóllocet eos Dóminus cum princípibus.

℟. Cum princípibus pópuli súi.

Páter nóster, *todo en secreto.*

Lección IV. *Iob, 13*

Responde mihi: Quantas hábeo iniquitates et peccata, scélera mea et delicta ostende mihi. Cur fáciem túam abscondis, et arbitraris me inimícum túum? Contra fólium, quod vento rápitur, ostendis poténtiam túam, et stípulam síccam perséqueris. Scribis énim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccatis adolescéntiæ méæ. Posuísti in nervo pédem méum, et observasti omnes sémitas meas, et ve-

stígia pédum meórum considerasti; qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur a tínea.

℟. Memento mei, Deus, quía ventus est vita mea. * Nec aspíciat me visus hóminis. ℣. De profundis clamavi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vócem méam.—Nec aspíciat me visus hóminis.

Lección V. *Iob, 14*

Homo natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fúgit vélut umbra, et númquam in eódem statu pérmanet. Et dígnum ducis

súper huiuscémodi aperire óculos túos et addúcere éum técum in iudícium? Quis pótest fácere múndum de immundo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves díes hóminis sunt: número ménsium eius ápud te est: constituísti términos eius, qui prætériri non póterunt. Recede páululum ab eo, ut quiéscat, dónec optata véniat, sícut mercenárii, díes eius.

℟. Hei mihi, Dómine, quia peccavi nimis in vita mea: Quid fáciam míser? ubi fúgiam, nisi ad te, Deus meus? * Miserere mei, dum véneris in novíssimo díe. ℣. Anima mea turbata est valde, sed tu, Dómine, succurre ei.—

Miserere mei, dum véneris in novíssimo díe.

Lección VI. *Iob, 14*

Quis mihi hoc tríbuat, ut in inferno prótegas me et abscondas me, dónec pertránseat fúror tuus, et constítuas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putásne mórtuus homo rúrsum vívat? Cunctis diebus, quibus nunc mílito, exspecto dónec véniat immutátio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi; óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. Tu quídem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

℟. Ne recorderis peccata

mea, Dómine, * Dum véneris iudicare sæculum per ígnem. ℣. Dírige, Dómine, Deus meus, in conspectu túo víam méam. — Dum véneris iudicare sæculum per ígnem. ℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, et lux perpétua lúceat eis. — Dum véneris iudicare sæculum per ígnem.

Cuando se reza un solo Nocturno, vienen en seguida las Laudes.

EN EL III NOCTURNO

Miércoles y Sábado

Ant. Compláceat * tibi, Dómine, ut erípias me: Dómine, ad adiuvándum me réspice.

SALMO 39

Gracias, Señor, por haberme oído.
Líbrame de mis males

Exspectans exspectavi Dóminum, * et inténdit mihi.

Et exaudívit preces meas: * et edúxit me de lacu miséria, et de luto fæcis.

Et státuit súper pétram pedes meos: * et diréxit gressus meos.

Et immísit in os méum cánticum nóvum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt: * et sperábunt in Dómino.

Beatus vir, cuius est nomen Dómini spes eius: * et non respéxit in vanitates et insánias falsas.

Multa fecisti tu, Dómine, Deus meus, mirabília túa: * et cogitatiónibus túis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiavi et locutus sum: * multiplicati sunt súper número rum.

Sacrifícium et oblatiónem noluísti: * aures áutem perfecisti mihi.

Holocáustum et pro peccato non postulasti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scríptum est de me, ut fácerem voluntátem túam: * Deus meus, vólui, et légem túam in médio cordis mei.

Annuntiavi iustítiam túam in ecclésia magna: * ecce lábia mea non prohibebo: Dómine, tu scisti.

Iustítiam túam non abscondi in corde meo: * veritátem túam et salutare túum dixi.

Non abscondi misericórdiam túam et veritátem túam * a concílio multo.

Tu áutem, Dómine, ne longe fácias miserationes túas a me: * misericórdia túa et véritas túa sémper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quórum non est número: * comprehendérunt me iniquitates meæ, et non pótui ut vidérem.

Multiplicatæ sunt súper capillos cápitis mei: * et cor méum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: * Dómine, ad

adiuvándum me réspice.

Confundántur et revereántur símul, qui quærunt ánimam méam, * ut áuferant éam.

Convertántur retrórsum, et revereántur, * qui vólunt mihi mala.

Férant conféstim confusiónem súam, * qui dícunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent et læténtur súper te omnes quærentes te: * et dicant sémper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutare túum.

Ego áutem mendicus sum, et páuper: * Dóminus sollícitus est mei.

Adiútor meus, et protéctor meus tu es: * Deus meus, ne tardáveris.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Compláceat tibi, Dómine, ut erípias me: Dómine, ad adiuvándum me réspice.

Ant. Sana, Dómine, * ánimam méam, quía peccavi tibi.

SALMO 40

Bienaventurado el que se compadece de los necesitados. Pídese al Señor protección contra pérfidos enemigos.

Beatus qui intélligit súper egénum, et páuperem: * in die mala liberábit éum Dóminus.

Dóminus consérvet éum, et vivíficet éum, et beátum fáciat éum in terra: * et non trádat éum in ánimam inimicórum eius.

Dóminus ópem férat illi súper léctum doloris eius: * univérsum strátum eius versasti in infirmitate eius.

Ego dixi: Dómine, miserere mei: *sana ánimam méam, quía peccavi tibi.

Inimici mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, et períbit nomen eius?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor eius congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrábant omnes inimici mei: * advérsum me cogitábant mala mihi.

Vérbum iníquum cónstituérunt advérsum me: *

Númquid qui dórmit non adiíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi: * qui edébat panes meos, magnificávit súper me supplantatiónem.

Tu áutem, Dómine, miserere mei, ut resúscita me: * et retríbuam eis.

In hoc cognovi quóniam voluísti me: * quóniam non gaudébit inimicus meus súper me.

Me áutem própter innocéntiam suscepisti: * et confirmasti me in conspectu túo in ætérnum.

Benedictus Dóminus Deus Israel, a sæculo et usque in sæculum: * fíat, fíat.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Sana, Dómine, áni-

mam méam, quía peccavi tibi.

Ant. Sitívit * ánima mea ad Déum vívum: quando véniam, et apparebo ante fáciem Dómini?

SALMO 41

Consuélase el alma con la memoria de los bienes celestiales y la esperanza de la libertad.

Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum: * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Déum fórtem vívum: * quando véniam, et apparebo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac nocte: * dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, et effudi in me ánimam méam: * quóniam transibo in lócum tabernáculi admirábilis, usque ad dómum Dei.

In voce exsultationis, et confessionis: * sonus epulantis.

Quare tristis es, ánima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam ádhuc confitébor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbata est: * proptérea mémor ero túi de terra Iordanis, et Hermóniim a monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excelsa túa, et fluctus túi * súper me transiérunt.

In díe mandávit Dóminus misericórdiam súam: * et nocte cánticum eius.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dícam Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblitus es mei? * et quare constristatus incedo, dum afflígit me inimicus?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi, qui tríbulant me inimici mei.

Dum dícunt mihi per síngulos díes: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es, ánima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam ádhuc confitébor illi: * salu-

tare vultus mei, et Deus meus.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Sitívit ánima mea ad Déum vívum: quando véniam, et apparebo ante fáciem Dómini?

℣. Ne tradas béstiis ánimas confitentes tibi.

℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviscaris in fínem.

Páter nóster, *todo en secreto.*

Lección VII. *Iob, 17*

Spíritus meus attenuábitur, díes mei breviabúntur, et sólum mihi súperest sepúlcrum. Non peccavi, et in amaritudínibus morátur óculus meus. Líbera me, Dómi-

ne, et pone me iuxta te, et cuiusvis manus púgnet contra me. Díes mei transiérunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor méum. Nóctem vertérunt in díem, et rúrsum post ténebras spero lúcem. Si sustinúero, infernus domus mea est, et in ténebris stravi léctulum méum. Putrédini dixi: Páter meus es; máter mea, et sóror mea, vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea, et patiéntiam méam quis considerat?

℟. Peccántem me quotídie, et non me pœniténtem, tímor mortis contúrbat me:* Quía in inferno nulla est redémptio, miserere mei, Deus, et salva me. ℣. Deus, in nó-

mine túo sálvum me fac, et in virtute túa líbera me. — Quía in inferno nulla est redémptio, miserere mei, Deus, et salva me.

Lección VIII. *Iob, 19*

Pelli meæ, consumptis cárnibus, adhæsit os méum, et derelicta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, sáltem vos, amici mei, quía manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sícut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat, ut scribántur sermones mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo et plumbi lámina, vel cel-

te sculpántur in sílice? Scío énim quod Redémptor meus vívit, et in novíssimo díe de terra surrecturus sum: et rúrsum circúmdabor pelle mea, et in carne mea videbo Déum méum. Quem visurus sum ego ipse, et óculi mei conspecturi sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

℟. Dómine, secúndum áctum méum noli me iudicáre: níhil dignum in conspectu túo egi; ídeo déprecor maiestátem túam,* Ut tu, Deus, déleas iniquitátem méam. ℣. Amplius lava me, Dómine, ab iniustítia mea, et a delicto meo munda me.— Ut tu, Deus, déleas iniquitátem méam.

Lección IX. *Iob, 10*

Quare de vulva eduxisti me? qui útinam consumptus éssem, ne óculus me vidéret. Fuíssem quasi non éssem, de útero translatus ad túmulum. Númquid non páucitas diérum meórum finiétur brevi? Dimitte ergo me, ut plángam páululum dolórem méum, ántequam vádam, et non revértar, ad térram tenebrósam et opértam mortis calígine; térram miséria et tenebrárum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus hórror inhábitat.

El siguiente Responso se reza cuando se dicen sólo las tres Lecciones de este Nocturno.

℟. Líbera me, Dómine, de viis inferni, qui portas æreas confregisti, et visitasti infernum, et dedisti eis lumen, ut vidérent te: * Qui érant in pœnis tenebrárum. ℣. Clamantes et dicentes: Advenisti, Redémptor nóster. — Qui érant in pœnis tenebrárum. ℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.—Qui érant in pœnis tenebrárum.

El Responso que sigue se dice en lugar del precedente, cuando se han dicho los tres Nocturnos.

℟. Líbera me, Dómine, de morte æterna in díe illa tremenda, * Quando cæli movendi sunt et terra,* Dum véneris iudicare sæculum per ígnem. ℣. Tremens factus

sum ego et tímeo, dum discússio vénerit atque ventura ira. — Quando cæli movendi sunt et terra. ℣. Díes illa, díes iræ, calamitatis et miséria, díes magna et amara valde. — Dum véneris iudicare sæculum per ígnem. ℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. — Líbera me, Dómine, de morte æterna, in díe illa tremenda, Quando cæli movendi sunt et terra: dum véneris iudicare sæculum per ígnem.

Si los Maitines, de uno o de tres Nocturnos, en la recitación privada, se separan de las Laudes, después del último Responso añádese:

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Luego se dice la oración (u oraciones) como a Vísperas (pág. 200 y sig.), añadiendo:

℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

Y en este caso, cuando se dirán las Laudes, después de rezar en secreto Páter nóster *y* Ave María, *se empezará absolutamente por la antífona* Exsultábunt.

Pero si se omiten absolutamente las Laudes, tanto en el rezo público como en el privado, después del último Responso se dirán Preces, como más abajo al fin de Laudes (pág. 276).

A LAUDES

Ant. Exsultábunt * Dómino ossa humiliata.

SALMO 50

Implórase del Señor el perdón de los pecados y prométese hacer penitencia

Miserere mei, Deus, * secúndum mágnam misericórdiam túam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem méam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me.

Quóniam iniquitátem méam ego cognosco: * et

peccátum méum contra me est sémper.

Tibi soli peccavi, et málum córam te feci: * ut iustificeris in sermónibus túis, et vincas cum iudicaris.

Ecce énim in iniquitátibus conceptus sum: * et in peccatis concépit me máter mea.

Ecce énim veritátem dilexisti: * incerta et occulta sapiéntiæ túæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundábor: * lavabis me, et súper nívem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliata.

Averte fáciem túam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele.

Cor múndum crea in me, Deus: * et spíritum réctum ínnova in viscéribus meis.

Ne proiícias me a fácie túa: * et spíritum sánctum túum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutaris túi: * et spíritu principali confirma me.

Docebo iníquos vías túas: * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ: * et exsultábit lingua mea iustítiam túam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os méum annuntiábit láudem túam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocaustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus

contribulatus: * cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies.

Benigne fac, Dómine, in bona voluntate túa Síon: * ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptabis sacrifícium iustítiæ oblationes et holocausta: * tunc impónent súper altare túum vítulos.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Exsultábunt Dómino ossa humiliata.

Ant. Exáudi, Dómine, * oratiónem méam: ad te omnis caro véniet.

SALMO 64

Felicidad de la tierra de promisión

Te décet hymnus, Deus, in Síon: * et tibi reddétur vótum in Ierúsalem.

Exáudi oratiónem méam:* ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt súper nos: * et impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beatus, quem elegisti, et assumpsisti: * inhabitábit in átriis túis.

Replébimur in bonis domus túæ: * sánctum est témplum túum, mirábile in æquitate.

Exáudi nos, Deus, salutaris nóster, * spes ómnium fínium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtute túa, accinctus poténtia:* qui conturbas profúndum maris, sónum flúctuum eius.

Turbabúntur Gentes, et timébunt qui hábitant térmi-

nos a signis túis: * éxitus matutini, et véspere delectabis.

Visitasti térram, et inebriasti éam: * multiplicasti locupletare éam.

Flumen Dei replétum est aquis, parasti cíbum illórum: * quóniam ita est præparátio eius.

Rivos eius inébria, multíplica genímina eius: * in stillicídiis eius lætábitur gérminans.

Benedices coronæ anni benignitatis túæ: * et campi túi replebúntur ubertate.

Pinguéscent speciosa deserti: * et exsultatione colles accingéntur.

Induti sunt aríetes óvium, et valles abundábunt fru-

mento: * clamábunt, étenim hymnum dícent.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Exáudi, Dómine, oratiónem méam: ad te omnis caro véniet.

Ant. Me suscépit * déxtera túa, Dómine.

SALMO 62

Ardientes deseos de ver el tabernáculo del Señor

Deus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, et ínvia, et inaquosa: * sic in sancto appárui tibi, ut vidérem virtútem túam, et glóriam túam.

Quóniam mélior est misericórdia túa súper vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea: * et in nómine túo levabo manus meas.

Sícut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea: * et lábiis exsultationis laudábit os méum.

Si mémor fúi túi súper strátum méum, in matutinis meditábor in te: * quía fuísti adiútor meus.

Et in velamento alárum tuárum exsultabo, adhæsit ánima mea post te: * me suscépit déxtera túa.

Ipsi vero in vánum quæsiérunt ánimam méam, introíbunt in inferiora terræ: * tradéntur in manus glá-

dii, partes vúlpium érunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui iúrant in eo:* quía obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Me suscépit déxtera túa, Dómine.

Ant. A porta ínferi* érue, Dómine, ánimam méam.

Cántico de Ezequías, *Isaiæ, 38*

Da gracias a Dios por haberle librado de la muerte

Ego dixi: In dimídio diérum meórum* vádam ad portas ínferi.

Quæsivi resíduum annórum meórum. * Dixi: Non vidébo Dóminum Déum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultra, * et habitatórem quietis.

Generátio mea ablata est, et convoluta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcisa est vélut a texente vita mea: dum ádhuc ordírer, succídit me: * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane, * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea:

De mane usque ad vésperam fínies me: * sícut pullus hirúndinis sic clamabo, meditábor ut columba:

Attenuati sunt óculi mei, * suspicientes in excélsum:

Dómine, vim pátior, responde pro me. * Quid dícam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fécerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, si sic vívitur, et in tálibus vita spíritus mei, corrípies me, et vivificabis me. * Ecce in pace amaritudo mea amaríssima:

Tu áutem eruísti ánimam méam ut non períret: * proiecisti post térgum túum ómnia peccata mea.

Quía non infernus confitébitur tibi, neque mors laudábit te: * non exspectábunt qui descéndunt in lácum, veritátem túam.

Vivens, vivens ipse confitébitur tibi, sícut et ego hódie:* páter fíliis nótam fáciet veritátem túam.

Dómine, sálvum me fac, *

et psalmos nostros cantábimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Dómini.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. A porta ínferi érue, Dómine, ánimam méam.

Ant. Omnis spíritus * láudet Dóminum.

SALMO 150

Sólo el Señor es digno de ser infinitamente alabado

Laudate Dóminum in sanctis eius: * laudate éum in firmamento virtutis eius.

Laudate éum in virtútibus eius: * laudate éum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudate éum in sono tubæ: * laudate éum in psaltério, et cíthara.

Laudate éum in tympano, et choro: * laudate éum in chordis, et órgano.

Laudate éum in cymbalis benesonántibus: laudate éum in cymbalis iubilationis: * omnis spíritus láudet Dóminum.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Omnis spíritus láudet Dóminum.

℣. Audivi vócem de cælo dicéntem mihi.

℟. Beati mórtui qui in Dómino moriúntur.

Ant. Ego sum * resurréctio et vita: qui crédit in me, etiamsi mórtuus fúerit, vívet; et omnis qui vívit, et crédit in me, non moriétur in ætérnum.

Cántico de Zacarías. *Luc., 1*

Benedictus Dóminus Deus Israel, *quía visitávit, et fécit redemptiónem plebis súæ:

Et eréxit cornu salutis nobis: * in domo Dávid, púeri súi.

Sícut locutus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimicis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris:* et memorari testamenti súi sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, pátrem nóstrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timore, de manu inimicórum nostrórum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate, et iustítia córam ipso, * ómnibus diebus nostris.

Et tu, púer, Propheta Altíssimi vocáberis: * præíbis énim ante fáciem Dómini parare vías eius:

Ad dándam sciéntiam salutis plebi eius: * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illuminare his, qui in ténebris et in umbra mortis sédent: * ad dirigendos pedes nostros in víam pacis.

Réquiem ætérnam, etc.

Ant. Ego sum resurréctio

et vita: qui crédit in me, etiamsi mórtuus fúerit, vívet; et omnis qui vívit, et crédit in me, non moriétur in ætérnum.

Las preces infrascritas se dicen de rodillas.

Páter nóster, *en secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

El Salmo siguiente se omite el día de la muerte o del entierro de un difunto, y siempre que el Oficio es de tres Nocturnos.

SALMO 129

De profundis clamavi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vócem méam:

℣. Fíant aures túæ intendentes, * in vócem deprecationis meæ.

Si iniquitates observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quía ápud te propitiátio est: * et própter légem túam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutina usque ad nóctem:* spéret Israel in Dómino.

Quía ápud Dóminum misericórdia: * et copiosa ápud éum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Réquiem ætérnam, etc.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue, Dómine, ánimam eius (*o* ánimas eórum).

℣. Requiéscat in pace (*o* Requiéscant in pace).

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Dícese la oración correspondiente, como a Vísperas (*pág. 200 y siguientes*).

OFICIO

QUE DEBE DECIRSE EL DÍA
DE LA CONMEMORACIÓN DE

TODOS LOS FIELES DIFUNTOS

A VÍSPERAS

Se dicen como están en la página 186, advirtiendo que las Antífonas se dicen enteras antes y después de cada Salmo y del Magníficat. *Repetida la* Antífona *después del* Magníficat, *se dice de rodillas:*

Páter nóster, *en secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue, Dómine, ánimas eórum.
℣. Requiéscant in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.
℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Fidélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animabus famulórum famularumque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam sémper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus San-

cti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

Así se termina, sin añadir nada más.

A MAITINES

Dícese Páter nóster, Ave María *y* Credo, *en secreto.*

El invitatorio se dice según está en la pág. 211.

Los Salmos de los tres Nocturnos, según están en dicho Oficio. Todas las Antífonas se dicen enteras antes y después de cada Salmo.

Las Lecciones de cada uno de los tres Nocturnos, con los Responsos respectivos, son las siguientes:

EN EL I NOCTURNO

Lección I. *Iob, 7*

Parce mihi, Dómine; níhil énim sunt díes mei. Quid est homo, quía magníficas éum? aut quid apponis erga éum cor túum? Vísitas éum dilúculo, et súbito probas íllum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glútiam salívam méam? Peccavi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccátum méum, et quare non aufers iniquitátem méam? Ecce nunc in púlvere dórmiam:

et, si mane me quæsíeris, non subsístam.

℟. Credo quod Redémptor meus vívit, et in novíssimo díe de terra surrecturus sum:* Et in carne mea vidébo Déum Salvatórem méum. ℣. Quem visurus sum ego ipse, et non álius: et óculi mei conspecturi sunt. — Et.

Lección II. *Iob, 14*

Homo, natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fúgit vélut umbra, et númquam in eódem statu pérmanet. Et dígnum ducis súper huiuscémodi aperire óculos túos, et addúcere éum

técum in iudícium? Quis pótest fácere múndum de immundo concéptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves díes hóminis sunt, número ménsium eius ápud te est: constituísti términos eius, qui prætériri non póterunt. Recede páululum ab eo, ut quiéscat, dónec optata véniat, sícut mercenárii, dies eius.

℟. Qui Lázarum resuscitasti a monumento fœtidum: * Tu eis, Dómine, dona réquiem, et lócum indulgéntiæ. ℣. Qui venturus es iudicare vivos et mórtuos, et sæculum per ígnem. — Tu eis.

Lección III. *Iob, 19*

Pelli meæ, consumptis cárnibus, adhæsit os méum, et derelicta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, sáltem vos, amici mei, quía manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sícut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermones mei? quis mihi det ut exaréntur in libro, stylo férreo, et plumbi lámina, vel celte sculpántur in sílice? Scío énim quod Redémptor meus vívit, et in novíssimo díe de terra surrectúrus sum: et rúrsum circúmdabor pelle

mea, et in carne mea videbo Déum méum. Quem visurus sum ego ipse, et óculi mei conspecturi sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

℟. Dómine, quando véneris iudicare térram, ubi me abscóndam a vultu iræ túæ? * Quía peccavi nimis in vita mea. ℣. Commissa mea pavesco, et ante te erubesco: dum véneris iudicare, noli me condemnare.—Quía peccavi nimis in vita mea. ℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.—Quía peccavi nimis in vita mea.

EN EL II NOCTURNO

Lección IV

Ex libro sancti Augustini Epíscopi de Cura pro mórtuis gerenda.

Cap. II y III

Curátio fúneris, condítio sepulturæ, pompa exsequiárum, magis sunt vivórum solátia, quam subsídia mortuórum. Nec ídeo tamen contemnenda et abiicienda sunt córpora defunctórum, maximeque iustórum ac fidélium, quibus támquam órganis et vasis ad ómnia bona ópera sancte usus est spíritus. Si énim paterna vestis et ánu-

lus, ac si quid huiúsmodi, tanto cárius est pósteris, quanto erga parentes máior affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt córpora, quæ útique multo familiárius atque coniúnctius quam quælibet indumenta gestamus. Hæc énim non ad ornaméntum vel adiutórium, quod adhibétur extrínsecus, sed ad ípsam natúram hóminis pértinent. Unde et antiquórum iustórum fúnera officiosa pietate curata sunt, et exséquiæ celebratæ, et sepultura provisa: ipsique, cum víverent, de sepeliendis vel étiam transferendis súis corpóribus fíliis mandavérunt.

℣. Memento mei, Deus, quía ventus est vita mea, *

Nec aspíciat me visus hóminis. ℣. De profundis clamavi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vócem méam. —Nec aspíciat me visus hóminis.

Lección V. *Cap. IV*

Recordantis et precantis affectus cum defunctis a fidélibus caríssimis exhibétur, éum prodesse non dúbium est iis, qui, cum in córpore víverent, tália sibi post hanc vítam prodesse meruérunt. Vérum, etsi áliqua necéssitas vel humari córpora, vel in sacris locis humari nulla data facultate permíttat, non sunt prætermittendæ supplicationes pro spirítibus mortuórum: quas faciendas pro

ómnibus in christiana et cathólica societate defunctis, étiam tácitis eórum nomínibus, sub generali commemoratione suscépit Ecclésia; ut quibus ad ista désunt parentes, aut fílii, aut quicumque cognati vel amici, ab una eis exhibeántur pía matre communi. Si áutem deéssent istæ supplicationes, quæ fíunt recta fide ac pietate pro mórtuis, puto quod níhil prodésset spirítibus eórum, quámlibet in locis sanctis exánima córpora poneréntur.

℟. Hei mihi, Dómine, quía peccavi nimis in vita mea: Quid fáciam, míser? ubi fúgiam, nisi ad te, Deus meus?* Miserere mei, dum véneris in novíssimo díe. ℣. Anima

mea turbata est valde, sed tu, Dómine, succurre ei. — Miserere mei, dum véneris in novíssimo díe.

Lección VI. *Cap. XVIII*

Quæ cum ita sint, non existimemus ad mórtuos, pro quibus cúram gérimus, pervenire, nisi quod pro eis sive altaris, sive oratiónum, sive eleemosynárum sacrifíciis solémniter supplicamus: quamvis non, pro quibus fiunt, ómnibus prósint; sed iis tántum, pro quibus, dum vívunt, comparátur ut prósint. Sed quía non discérnimus qui sunt, opórtet ea pro regeneratis ómnibus fácere, ut nullus eórum prætermit-

tátur, ad quos hæc benefícia póssint et débeant pervenire. Mélius énim supérerunt ista eis, quibus nec óbsunt nec prósunt; quam eis déerunt, quibus prósunt. Diligéntius tamen fácit hæc quisque pro necessáriis súis, quo pro illo fíat simíliter a súis. Córpori áutem humando quídquid impénditur, non est præsídium salutis, sed humanitatis offícium, secúndum afféctum, quo nemo úmquam cárnem súam ódio hábet. Unde opórtet ut, quam pótest, pro carne próximi cúram gérat, cum ille inde recésserit, qui gerébat. Et si hæc fáciunt qui carnis resurrectiónem non crédunt, quanto magis débent fácere

qui crédunt; ut córpori mórtuo, sed tamen resurrecturo et in æternitate mansuro, impénsum eiúsmodi offícium sit étiam quodámmodo eiúsdem fídei testimónium!

℟. Ne recorderis peccata mea, Dómine, * Dum véneris iudicare sæculum per ígnem. ✝. Dírige, Dómine, Deus meus, in conspectu túo víam méam.—Dum véneris iudicare sæculum per ígnem. ✝. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine, et lux perpétua lúceat eis.—Dum véneris iudicare sæculum per ígnem.

EN EL III NOCTURNO

Lección VII

De Epístola prima beati Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Cap. XV

Si Christus prædicátur quod resurréxit a mórtuis, quómodo quídam dícunt in vobis quóniam resurréctio mortuórum non est? Si áutem resurréctio mortuórum non est, neque Christus resurréxit. Si áutem Christus non resurréxit, inanis est ergo prædicátio nostra, inanis est et fides vestra. Invenímur áutem et falsi testes Dei, quóniam testimónium

díximus adversus Déum quod suscitáverit Chrístum; quem non suscitávit, si mórtui non resúrgunt. Nam, si mórtui non resúrgunt, neque Christus resurréxit. Quod si Christus non resurréxit, vana est fides vestra, ádhuc énim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormiérunt in Christo, periérunt. Si in hac vita tántum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus ómnibus homínibus. Nunc áutem Christus resurréxit a mórtuis, primítiæ dormiéntium; quóniam quídem per hóminem mors, et psr hóminem resurréctio mortuórum. Et sícut in Adam omnes moriúntur, ita et in Christo omnes vivificabúntur.

℟. Peccántem me quotídie, et non me pœniténtem, tímor mortis contúrbat me:* Quía in inferno nulla est redémptio, miserere mei, Deus, et salva me. ℣. Deus, in nómine túo sálvum me fac: et in virtute túa líbera me. — Quía in inferno nulla est redémptio, miserere mei, Deus, et salva me.

Lección VIII. *Cap. XV*

Sed dícet áliquis: Quómodo resúrgunt mórtui? qualive córpore vénient? Insípiens, tu quod séminas non vivificátur, nisi príus moriátur. Et quod séminas, non corpus, quod futúrum est, séminas; sed núdum gránum,

ut puta trítici, aut alicuius ceterórum; Deus áutem dat illi corpus sícut vult: et unicuique séminum próprium corpus. Non omnis caro éadem caro, sed ália quídem hóminum, ália vero pécorum, ália vólucrum, ália áutem píscium: et córpora cæléstia, et córpora terréstria; sed ália quídem cæléstium glória, ália áutem terréstrium: ália cláritas solis, ália cláritas lunæ, et ália cláritas stellárum; stella énim a stella díffert in claritate. Sic et resurréctio mortuórum. Seminátur in corruptione súrget in incorruptione; seminátur in ignobilitate, súrget in glória; seminátur in infirmitate, súrget in virtute;

seminátur corpus animale, súrget corpus spiritale.

℟. Dómine, secúndum áctum méum noli me iudicare: níhil dígnum in conspectu túo egi: ídeo déprecor maiestátem túam, * Ut tu, Deus, déleas iniquitátem méam. ℣. Amplius lava me, Dómine, ab iniustítia mea, et a delicto meo munda me. —Ut tu, Deus, déleas iniquitátem méam.

Lección IX. *Cap. XV*

Ecce mystérium vobis dico: Omnes quídem resurgemus, sed non omnes immutábimur. In momento, in ictu óculi, in novíssima tuba; cánet énim tuba, et mórtui

resúrgent incorrupti, et nos immutábimur. Opórtet énim corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, et mortale hoc indúere immortalitátem. Cum áutem mortale hoc indúerit immortalitátem, tunc fíet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victória. Ubi est, mors, victória túa? ubi est, mors, stímulus tuus? Stímulus áutem mortis peccátum est: virtus vero peccáti lex. Deo áutem grátias, qui dédit nobis victóriam per Dóminum nóstrum Iésum Chrístum. Itaque, fratres mei dilecti, stábiles estote et immóbiles; abundantes in ópere Dómini sémper, scientes quod lábor véster non est inanis in Dómino.

℟. Líbera me, Dómine, de morte æterna in díe illa tremenda, * Quando cæli movendi sunt et terra, * Dum véneris iudicare sæculum per ígnem. ℣. Tremens factus sum ego, et tímeo, dum discússio vénerit, atque ventura ira.—Quando cæli movendi sunt et terra. ℣. Díes illa, díes iræ, calamitatis et misériæ, díes magna et amara valde.—Dum véneris iudicare sæculum per ígnem. ℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.—Líbera me, Dómine, de morte æterna, in díe illa tremenda, * Quando cæli movendi sunt et terra, * Dum véneris iudicare sæculum per ígnem.

A LAUDES

Según están en el Oficio, página 261, diciendo las Antífonas enteras antes y después de cada uno de los Salmos y Cánticos.

Dicha la Antífona después del Benedictus, *se dice:*

Páter nóster, etc., *y lo demás como en la pág. 279 y siguientes.*

LOS SIETE SALMOS PENITENCIALES

Ant. Ne reminiscaris.

SALMO 6

Voz plañidera de un alma

Dómine, ne in furore túo árguas me, * neque in ira túa corrípias me.

Miserere mei, Dómine, quóniam infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbata sunt ossa mea.

Et ánima mea turbata est valde: * sed tu, Dómine úsquequo?

Convértere, Dómine, et éripe ánimam méam: * sálvum me fac própter misericórdiam túam.

Quóniam non est in morte qui mémor sit túi: * in inferno áutem quis confitébitur tibi?

Laboravi in gémitu meo, lavabo per síngulas noctes léctum méum: * lácrimis meis strátum méum rigabo.

Turbatus est a furore óculus meus: * inveteravi ínter omnes inimicos meos.

Discédite a me, omnes qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudívit Dóminus vócem fletus mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem méam: * Dó-

minus oratiónem méam suscépit.

Erubéscant, et conturbéntur veheménter omnes inimici mei: * convertántur, et erubéscant valde velóciter.

Glória Patri...

SALMO 31

Felicidad del hombre que ha obtenido el perdón de sus pecados

Beati, quórum remissæ sunt iniquitates: * et quórum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt ossa mea, * dum clamárem tota díe.

Quóniam díe ac nocte gravata est súper me manus túa: * conversus sum in ærumna mea, dum confígitur spina.

Delíctum méum cógnitum tibi feci: * et iniustítiam méam non abscondi.

Dixi: Confitébor advérsum me iniustítiam méam Dómino: * et tu remisisti impietátem peccati mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus * in témpore opportuno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad éum non approximábunt.

Tu es refúgium méum a tribulatione, quæ circúmdedit me: * exsultátio mea, érue me a circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in vía hac, qua gradieris: * firmabo súper te óculos meos.

Nolite fíeri sícut équus et mulus, * quibus non est intellectus.

In camo et fræno maxillas eórum constringe, * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatoris: * sperántem áutem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, et exsultate, iusti: * et gloriámini, omnes recti corde.

Glória Patri...

SALMO 37

Oración para alcanzar el perdón de grandes pecados y socorro contra enemigos poderosos

Dómine, ne in furore túo árguas me, * neque in ira túa corrípias me.

Quóniam sagittæ túæ infixæ sunt mihi: * et confirmasti súper me mánum túam.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ túæ: * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitates meæ supergressæ sunt cáput méum: * et sícut onus grave gravatæ sunt súper me.

Putruérunt et corruptæ

sunt cicatrices meæ, * a fácie insipiéntiæ meæ.

Míser factus sum, et curvatus sum usque in fínem: * tota díe contristatus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impleti sunt illusiónibus: * et non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliatus sum nimis: * rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium méum: * et gémitus meus a te non est abscónditus.

Cor méum conturbátum est, derelíquit me virtus mea: * et lumen oculórum meórum, et ípsum non est mécum.

Amici mei, et próximi

mei * advérsum me appropinquavérunt, et stetérunt.

Et qui iuxta me érant, de longe stetérunt: * et vim faciébant, qui quærébant ánimam méam.

Et qui inquirébant mala mihi, locuti sunt vanitates: * et dolos tota díe meditabántur.

Ego áutem támquam surdus non audiébam: * et sícut mutus non apériens os súum.

Et factus sum sícut homo non áudiens: * et non habens in ore súo redargutiones.

Quóniam in te, Dómine, speravi: * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quía dixi: Nequando su-

pergáudeant mihi inimici mei: * et dum commovéntur pedes mei, súper me magna locuti sunt.

Quóniam ego in flagella paratus sum: * et dólor meus in conspectu meo sémper.

Quóniam iniquitátem méam annuntiabo: * et cogitabo pro peccato meo.

Inimici áutem mei vívunt, et confirmati sunt súper me: * et multiplicati sunt qui odérunt me inique.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me, Dómine, Deus meus: * ne discésseris a me.

Intende in adiutórium

méum, * Dómine, Deus salutis meæ.

Glória Patri...

SALMO 50

Plegaria de un corazón profundamente contrito

Miserere mei, Deus, * secúndum mágnam misericórdiam túam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem méam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me.

Quóniam iniquitátem méam ego cognosco: * et peccátum méum contra me est sémper.

Tibi soli peccavi, et má-

lum córam te feci: * ut iustificeris in sermónibus túis, et vincas cum iudicaris.

Ecce énim in iniquitátibus conceptus sum: * et in peccatis concépit me máter mea.

Ecce énim veritátem dilexisti: * incerta et occulta sapiéntiæ túæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundábor: * lavabis me, et súper nívem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliata.

Averte fáciem túam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele.

Cor múndum crea in me, Deus: * et spíritum réctum ínnova in viscéribus meis.

Ne proiícias me a fácie túa: * et spíritum sánctum túum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutaris túi: * et spíritu principali confirma me.

Docebo iníquos vías túas: * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ: * et exsultábit língua mea iustítiam túam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os méum annuntiábit láudem túam.

℣. Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulatus: * cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies.

Benigne fac, Dómine, in bona voluntate túa Síon:* ut ædificéntur muri Ierúsalem.

Tunc acceptabis sacrifícium iustítiæ, oblationes et holocáusta: * tunc impónent súper altare túum vítulos.

Glória Patri...

SALMO 101

Se implora la misericordia del Señor en medio de gravísimas desgracias

Dómine, exáudi oratiónem méam: * et clámor meus ad te véniat.

Non avertas fáciem túam a me: * in quacumque díe tríbulor, inclina ad me áurem túam.

In quacumque díe invocá-

vero te,* velóciter exáudi me.

℣. Quía defecérunt sícut fumus díes mei: * et ossa mea sícut crémium aruérunt.

Percussus sum ut fœnum, et áruit cor méum: * quía oblitus sum comédere pánem méum.

A voce gémitus mei * adhæsit os méum carni meæ.

Símilis factus sum pellicáno solitúdinis: * factus sum sícut nyctícorax in domicílio.

Vigilavi, * et factus sum sícut pásser solitarius in tecto.

Tota díe exprobrábant mihi inimici mei: * et qui laudábant me, advérsum me iurábant.

Quía cínerem támquam pánem manducábam: * et

pótum méum cum fletu miscébam.

A fácie iræ et indignatiónis túæ: * quía élevans allisisti me.

Díes mei sícut umbra declinavérunt: * et ego sícut fœnum árui.

Tu áutem, Dómine, in æ'érnum pérmanes: * et memoriale túum in generatiónem et generatiónem.

Tu exsurgens, miseréberis Síon: * quía tempus miserendi eius, quía vénit tempus.

Quóniam placuérunt servis túis lápides eius: * et terræ eius miserebúntur.

Et timébunt Gentes nomen túum, Dómine, * et omnes reges terræ glóriam túam.

Quía ædificávit Dóminus Síon: * et vidébitur in glória súa.

Respéxit in oratiónem humílium: * et non sprévit précem eórum.

Scribántur hæc in generatione áltera: * et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum:

Quía prospéxit de excelso sancto súo: * Dóminus de cælo in térram aspéxit:

Ut audíret gémitus compeditórum: * ut sólveret fílios interemptórum.

Ut annúntient in Síon nomen Dómini: * et láudem eius in Ierúsalem.

In conveniendo pópulos in únum, * et reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in vía virtutis súæ:* Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum: * in generatiónem et generatiónem anni túi.

Inítio tu, Dómine, térram fundasti: * et ópera mánuum tuárum sunt cæli.

Ipsi períbunt, tu áutem pérmanes: * et omnes sícut vestiméntum veteráscent.

Et sícut opertórium mutabis eos, et mutabúntur: * tu áutem ídem ipse es, et anni túi non defícient.

Fílii servórum tuórum habitábunt: * et semen eórum in sæculum dirigétur.

Glória Patri...

SALMO 129

Esperanza en la misericordia divina

De profundis clamavi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vócem méam:

Fíant aures túæ intendentes, * in vócem deprecationis meæ.

Si iniquitates observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quía ápud te propitiátio est: * et própter légem túam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo eius: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutina usque ad nóctem: * spéret Israel in Dómino.

Quía ápud Dóminum misericórdia: * et copiosa ápud éum redémptio.

Et ipse rédimet Israel * ex ómnibus iniquitátibus eius.

Glória Patri...

SALMO 142

Oración en medio de una gran angustia

Dómine, exáudi oratiōnem méam: áuribus pércipe obsecratiónem méam in veritate túa: * exáudi me in túa iustítia.

Et non intres in iudícium cum servo túo: * quía non iustificábitur in conspectu túo omnis vivens.

Quía persecutus est inimicus ánimam méam: * hu-

miliávit in terra vítam méam.

Collocávit me in obscuris sícut mórtuos sæculi: * et anxiatus est súper me spíritus meus, in me turbátum est cor méum.

Mémor fúi diérum antiquórum, meditatus sum in ómnibus opéribus túis: * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te: * ánima mea sícut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me, Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avertas fáciem túam a me: * et símilis ero descendéntibus in lácum.

Audítam fac mihi mane

misericórdiam túam: * quía in te speravi.

Nótam fac mihi víam, in qua ámbulem: * quía ad te levavi ánimam méam.

Eripe me de inimicis meis, Dómine, ad te confugi: * doce me fácere voluntátem túam, quía Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in térram réctam: * própter nomen túum, Dómine, vivificabis me in æquitate túa.

Educes de tribulatione ánimam méam: * et in misericórdia túa disperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam méam: * quóniam ego servus tuus sum.

Glória Patri...

Ant. Ne reminiscaris, Dómine, delicta nostra, vel paréntum nostrórum: neque vindíctam sumas de peccatis nostris.

LETANÍAS DE LOS SANTOS

Kyrie, eléison.
Christe, eléison.
Kyrie, eléison.
Christe, audi nos.
Christe, exáudi nos.
Páter de cælis, Deus, miserere nobis.
Fili, Redémptor mundi, Deus, miserere nobis.
Spíritus Sancte, Deus, miserere nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miserere nobis.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora.

Sancta Virgo vírginum, ora.
Sancte Míchael, ora.
Sancte Gábriel, ora.
Sancte Ráphael, ora.
Omnes sancti Angeli et Archángeli, orate pro nobis.
Omnes sancti beatórum spirítuum órdines, orate.
Sancte Ioannes Baptista, ora.
Sancte Ióseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sanete Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sanete Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sanete Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.

Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sanete Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luea, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli et Evangelistæ, orate.
Omnes sancti Discípuli Dómini, orate.
Omnes sancti Innocentes, orate.
Sanete Stéphane, ora.
Sanete Laurenti, ora.
Sanete Vincenti, ora.
Sancti Fabiane et Sebastiane, orate.
Sancti Ioannes et Paule, orate.
Sancti Cosma et Damiane, orate.

Sancti Gervasi et Protasi, orate.
Omnes sancti Mártyres, orate.
Sancte Sylvéster, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sanete Hierónyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes sancti Pontífices et Confessores, orate.
Omnes sancti Doctores, orate.
Sancte Antoni, ora.
Sanete Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes sancti Sacerdotes et Levitæ, orate.

Omnes sancti Mónachi et Eremitæ, orate.
Sancta María Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Omnes sanctæ Vírgines et Víduæ, orate.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
Propítius esto, parce nobis, Dómine.
Propítius esto, exáudi nos, Dómine.
Ab omni malo, líbera nos, Dómine.
Ab omni peccato, líbera.
Ab ira túa, líbera.

A subitánea et improvisa morte, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntate, líbera.
A spíritu fornicationis, líbera.
A fúlgure et tempestate, líbera.
A flagello terræmotus, líbera.
A peste, fame et bello, líbera.
A morte perpétua, líbera.
Per mystérium sanctæ incarnationis túæ, líbera.
Per advéntum túum, líbera.
Per nativitátem túam, líbera.
Per baptísmum et sánctum ieiúnium túum, líbera.
Per crúcem et passiónem túam, líbera.

Per mórtem et sepultúram túam, líbera.
Per sánctam resurrectiónem túam, líbera.
Per admirábilem ascensiónem túam, líbera.
Per advéntum Spíritus Sancti Paráclíti, líbera.
In díe iudícii, líbera.
Peccatores,
te rogamus, audi nos.
Ut nobis parcas, te rogamus.
Ut nobis indúlgeas,
te rogamus.
Ut ad véram pœniténtiam nos perdúcere digneris, te rogamus.
Ut Ecclésiam túam sánctam régere et conservare digneris, te rogamus.
Ut Dómnum apostólicum, et omnes eccle-

siásticos órdines in sancta religione conservare digneris,
te rogamus.
Ut inimicos sanctæ Ecclésiæ humiliare digneris, te rogamus.
Ut régibus et princípibus christianis pácem et véram concórdiam donare digneris,
te rogamus.
Ut cuncto pópulo christiano pácem et unitátem largiri digneris,
te rogamus.
Ut omnes errantes ad unitátem Ecclésiæ revocare, et infideles universos ad Evangélii lumen perdúcere digneris, te rogamus.

Ut nosmetipsos in túo sancto servítio confortare et conservare digneris, te rogamus.
Ut mentes nostras ad cæléstia desidéria érigas, te rogamus.
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempiterna bona retríbuas, te rogamus.
Ut ánimas nostras, frátrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ab æterna damnatione erípias, te rogamus.
Ut fructus terræ dare et conservare digneris, te rogamus.
Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem

ætérnam donare dígneris, te rogamus.
Ut nos exaudire dígneris, te rogamus.
Fili Dei, te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exáudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis,
Christe, audi nos.
Christe, exáudi nos.
Kyrie, eléison.
Christe, eléison.
Kyrie, eléison.

Páter nóster... *en secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

SALMO 69

Deus, in adiutórium méum intende: * Dómine, ad adiuvándum me festina.

Confundántur et revereántur, * qui quærunt ánimam méam.

Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui vólunt mihi mala.

Avertántur státim erubescentes, * qui dícunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te omnes qui quærunt te, * et dícant sémper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutare túum.

Ego vero egenus et páuper sum: * Deus, ádiuva me.

Adiútor meus et liberátor

meus es tu: * Dómine, ne moreris.

Glória Patri...

℣. Salvos fac servos túos.

℟. Deus meus, sperantes in te.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

℟. A fácie inimici.

℣. Níhil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et fílius iniquitatis non appónat nocere nobis.

℣. Dómine, non secúndum peccata nostra fácias nobis.

℟. Neque secúndum iniquitates nostras retríbuas nobis.

℣. Oremus pro Pontífice nostro N.

℟. Dóminus consérvet éum, et vivíficet éum, et beátum fáciat éum in terra, et non trádat éum in ánimam inimicórum eius.

℣. Oremus pro benefactóribus nostris.

℟. Retribúere dignare, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus própter nomen túum vítam ætérnam. Amen.

℣. Oremus pro fidélibus defunctis.

℟. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

℣. Pro frátribus nostris abséntibus.

℟. Salvos fac servos túos, Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

℟. Et de Síon tuere eos.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu túo.

Oremus

Deus, cui próprium est misereri sémper et párcere, súscipe deprecatiónem nóstram; ut nos, et omnes fámulos túos, quos delictórum catena constríngit, miserátio túæ pietatis cleménter absólvat.

Exáudi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, et

confiténtium tibi parce peccatis: ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benignus et pácem.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam túam cleménter ostende: ut símul nos et a peccatis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placaris: preces pópuli túi supplicantis propítius réspice; et flagella túæ iracúndiæ, quæ pro peccatis nostris merémur, averte.

Omnípotens sempiterne Deus, miserere fámulo túo Pontífici nostro N., et dírige éum secúndum túam cleméntiam in víam salutis

ætérnæ: ut, te donante, tibi plácita cúpiat, et tota virtute perfíciat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et iusta sunt ópera: da servis túis íllam, quam mundus dare non pótest, pácem; ut et corda nostra mandatis túis dédita, et hóstium sublata formídine, témpora sint, túa protectione, tranquilla.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nóstrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Fidélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animabus famulórum famularumque tuárum remissiónem cunctórum tríbue pec-

catórum: ut indulgéntiam, quam sémper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur.

Actiones nostras, quæsumus, Dómine, aspirando præveni, et adiuvando proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te sémper incípiat, et per te cœpta finiátur.

Omnípotens sempiterne Deus, qui vivórum dominaris símul et mortuórum, omniumque misereris, quos túos fide et ópere futuros esse prænoscis: te súpplices exoramus; ut, pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum ádhuc in carne rétlnet vel futúrum iam exutos

córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis túis, pietatis túæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

℣. Exáudiat nos omnípotens et misércors Dóminus.

℟. Amen.

℣. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℟. Amen.

PARA CUANDO SE VIAJA

El que viaja, al ponerse en camino, diga lo siguiente, en singular si fuere solo, y en plural si con algún compañero.

Ant. In víam pacis.

Cántico de Zacarías.

Luc., 1, 68-79

Benedictus Dóminus, etc., pág. 81.

Ant. In víam pacis et prosperitatis dírigat nos omnípotens et misércors Dóminus, et ángelus Ráphael comitétur nobíscum in vía;

ut cum pace salute et gáudio revertámur ad própria.

PRECES

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Páter nóster, *en voz baja.*

℣. Et ne nos inducas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Salvos fac servos túos.

℟. Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.

℟. Et de Síon tuere nos.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

℟. A fácie inimici.

℣. Níhil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et fílius iniquitatis non appónat nocere nobis.

℣. Benedictus Dóminus die quotídie.

℟. Prósperum íter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.

℣. Vías túas, Dómine, demonstra nobis.

℟. Et sémitas túas édoce nos.

℣. Útinam dirigántur víæ nostræ.

℟. Ad custodiendas iustificationes túas.

℣, Erunt prava in directa.

℟. Et áspera in vías planas.

℣. Angelis súis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis túis.

℣. Dómine, exáudi oratiónem méam.

℟. Et clámor meus ad te véniat.

Oremus

Deus, qui fílios Israel per maris médium sicco vestígio ire fecisti, quique tribus Magis íter ad te, stella duce, pandisti: tríbue nobis, quæsumus, íter prósperum tempusque tranquíllum, ut, Angelo túo sancto cómite, ad éum quo pérgimus lócum, ac démum ad æternæ salutis pórtum pervenire felíciter valeamus.

Deus, qui Abraham púerum túum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes súæ peregrinationis vías

illæsum custodisti; quæsumus, ut nos fámulos túos custodire digneris: esto nobis, Dómine, in procinctu suffrágium, in vía solátium, in æstu umbráculum, in plúvia et frígore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversitate præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus; ut, te duce, quo téndimus, próspere perveniamus, et démum incólumes ad própria redeamus.

Adesto, quæsumus, Dómine, supplicatiónibus nostris, et víam famulórum tuórum in salutis túæ prosperitate dispone; ut ínter omnes víæ et vitæ huius varietates, túo sémper protegámur auxílio.

Præsta, quæsumus, omní-

potens Deus, ut família túa per víam salutis incédat, et beati Ioannis præcursoris hortamenta sectando, ad éum, quem prædíxit, secure pervéniat, Dóminum nóstrum Iésum Chrístum Fílium túum, qui técum vívit et régnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

℣. Procedamus in pace.

℟. In nómine Dómini. Amen.

HIMNOS

Domingo

AL ESPÍRITU SANTO

Veni, Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita,
Imple superna grátia,
Quæ tu creasti péctora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi dónum Dei,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritaiis únctio.

Tu septiformis múnere,
Dígitus paternæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermone ditans gúttura.

Accende lumen sénsibus,
Infunde amórem córdibus,
Infirma nostri córporis
Virtute firmans pérpeti.

Hóstem repellas lóngius,
Pacemque dones prótinus,
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne nóxium.
Per te sciamus da Pátrem,
Noscamus atque Fílium,
Teque utriusque Spíritum
Credamus omni témpore.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula.
Amen.

Oremus

Deus, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratione docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius sémper sonsolatione gaudere. Per Dominum nóstrum Iésum Chrístum, Fílium túum, qui técum vívit et regnat in unitate eiúsdem

Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. ℟. Amen.

Lunes

A SAN LUIS

Infensus hostis glóriæ,
Omnisque culpæ néscius,
Et mollis ósor cúriæ
Laudétur Aloysius.

Alma iuvante Vírgine
E matris alvo dúcitur,
Simulque sacro flúmine
Nascens púer renáscitur.

Primis ab incunábulis
Píæ loquelæ sémina
Castis flúunt labéllulis
Iesu et Maríæ nómina.

Summo sácer iam Númini
Curas profanas ábdicat,
Et se decennis Vírgini
Per castitátem dédicat.

Deo trahente cælitus
Sic mente pérgit vívere,
Ut carnis expers spíritus,
Vel ángelus cum córpore.

Non hunc honores sæculi,
Non magna tángunt nómina,
Non áulici, non sérvuli,
Non cara gentis ágmina.

Sed hæc habens despéctui,
Sacrisque captus gáudiis,
Adiunctus almo cœtui
Christi méret stipéndiis.

Illo níhil perféctius,
Níhil fuit constántius;
Omnis carens labécula,
Fit sanctitatis régula.

Uni ter almo Númini,
Sanctoque Iesu nómini
Sit laus, decus, diléctio,
Sit laus et Aloysio. Amen.

Martes

A SANTO TOMÁS

Iste Confessor Dómini, colentes
Quem píe láudant pópuli per órbem,
Hac díe lætus méruit supremos
Laudis honores.

Qui pius, prudens, húmilis, pudícus,
Sóbriam dúxit sine labe vítam,
Dónec humanos animávit auræ
Spíritus artus.

Cuius ob præstans méritum frequénter,
Ægra quæ pássim iacuére membra,
Víribus morbi dómitis, saluti
Restituúntur.

Nóster hinc illi chorus obsequéntem
Cóncinit láudem, celebresque palmas;
Ut piis eius précibus iuvémur
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui súper cæli sólio coruscans,
Totíus mundi sériem gubérnat,
Trinus et unus. Amen.

Miércoles

A SAN JOSE

Cælitum Ióseph decus, atque nostræ
Certa spes vitæ, columenque mundi,
Quas tibi læti cánimus, benignus
Súscipe laudes.

Te Sátor rérum státuit pudícæ
Vírginis spónsum, voluítque Verbi
Te pátrem dici, dédit et minístrum
Esse salutis.

Tu Redemptórem stábulo iacéntem,
Quem chorus Vátum cécinit futúrum,
Áspicis gáudens, humilisque nátum
Numen adoras.

Rex Deus régum, Dominátor orbis,
Cuius ad nútum trémit inferórum
Turba, cui pronus famulátur æther,
Se tibi súbdit.

Laus sit excelsæ Tríadi perennis,
Quæ tibi præbens súperos honores,
Det túis nobis méritis beatæ
Gáudia vitæ. Amen.

Jueves

AL SANTÍSIMO SACRAMENTO

Sacris solémniis iuncta sint gáudia,
Et ex præcórdiis sónent præcónia;
Recédant vétera, nova sint ómnia,
Corda, voces, et ópera.

Noctis recólitur cœna novíssima,
Qua Christus créditur ágnum et ázyma
Dedisse frátribus, iuxta legítima
Priscis indulta pátribus.

Post ágnum typicum, expletis épulis,
Corpus domínicum dátum discípulis,
Sic tótum ómnibus, quod tótum síngulis,
Eius fatémur mánibus.

Dédit fragílibus córporis férculum,
Dédit et trístibus sánguinis póculum,
Dicens: Accípite quod trado vásculum,
Omnes ex eo bíbite.

Sic sacrifícium ístud instítuit,
Cuius offícium committi vóluit

Solis presbyteris, quibus sic cóngruit,
Ut súmant, et dent ceteris.

Panis angélicus fit panis hóminum;
Dat panis cælicus figuris términum:
O res mirábilis! mandúcat Dóminum
Páuper, servus, et húmilis.

Te, trina Déitas únaque, póscimus,
Sic nos tu vísita, sícut te cólimus:
Per túas sémitas duc nos quo téndimus,
Ad lúcem, quam inhábitas. Amen.

Viernes

A LA PASIÓN DEL REDENTOR

Salvete Christi vúlnera,
Immensi amoris pígnora,
Quibus perennes rívuli
Mánant rubentis sánguinis.

Nitore stellas víncitis,
Rosas odore et bálsama,
Prétio lapillos índicos,
Mellis favos dulcédine.

Per vos pátet gratíssimum
Nostris asylum méntibus;
Non huc fúror minántium
Unquàm penétrat hóstium.

Quot Iesus in prætório
Flagella nudus éxcipit!
Quot scissa pellis úndique
Stíllat cruoris gúttulas!

Fróntem venústam, proh dólor!
Corona púngit spínea;
Clavi retusa cúspide
Pedes manusque pérforant.

Póstquam sed ille trádidit
Amans volensque spíritum,
Pectus ferítur láncea,
Geminusque líquor éxsilit.

Ut plena sit redémptio,
Sub torculari stríngitur,
Suíque Iesus ímmemor,
Sibi nil resérvat Sánguinis.

Venite, quótquot críminum
Funesta labes ínficit:

In hoc salutis bálneo
Qui se lavat, mundábitur.

Summi ad Parentis déxteram,
Sedenti habenda est grátia,
Qui nos redémit Sánguine,
Sanctoque fírmat Spíritu. Amen.

Sábado

A LA SANTÍSIMA VIRGEN

Ave, maris stella,
Dei Máter alma,
Atque sémper virgo,
Félix cæli porta.

Sumens íllud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Prófer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse mátrem
Súmat per te preces,
Qui, pro nobis natus,
Túlit esse tuus.

Virgo singularis,
Ínter omnes mitis,
Nos, culpis solutos,
Mites fac et castos.

Vítam præsta púram,
Íter para tútum,
Ut videntes Iésum,
Sémper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus hónor unus. Amen.